igitur ⌊Non eniꝫ David ascendit ad celos⌋
sed fuit sepultus ⁊ incineratus ut predictuꝫ
est. ⌊dicit autem ipse⌋ de christo ⌊dixit do/
minus⌋ pater ⌊domino meo⌋ id est filio eiꝰ
incarnato. per hoc enim probatur diuini/
tas christi. Matthei. xxij. quia si esset ho/
mo purus David non uocaret eum domi/
num cum esset filius eius naturalis tantum
⁊ non dei sed tantum adoptiuus sicut Da
uid ⁊ alij sancti. ⌊sede dextris meis⌋ id est
ad equalitatem patris secundum diuinita/
tem. et in potioribus bonis secundum hu/
manitatem. ⌊donec ponam ⁊c.⌋ Per hoc nō
est intelligendū ꝙ christus debeat aliquan
do dimittere sessionem ad patris dexteraꝫ
quia ly donec aliquando tenetur finite sci/
licet quando significat terminum eius cui
coniungitur. ut cum dicitur sedete hic do/
nec ueniam. aliquando uero tenetur indiffi
nite. ut cuꝫ dicitur Iste non penituit donec
uixit ⁊c. id nunquaꝫ. quia post mortem pe
nitere non potuit. ⁊ hoc modo tenetur cuꝫ
dicitur ⌊sede a dextris meis donec ponam
inimicos tuos scabellum ⁊c.⌋ ibi tibi totali/
ter subiectos. Si enim accipiatur christus
secundum diuinam naturam omnia sunt ei
subiecta ab eterno secundum fiendorum dis
positionem non tamen quantum ad execu
tionem sed solum in tempore in quo habēt
esse. Si uero consideretur quantum ad na
turam humanam sic omnia sunt ei subiecta
auctoritatiue a principio incarnationis ex
unione ad uerbum. Executiue uero omnia
ei erunt subiecta ī fine mundi cum in omni
bꝰ exercebit suam uoluntateꝫ bonos premi
ando ⁊ malos puniendo. et sicut scabellum

teritur pedibus ⁊ eis supponitur. ita mali
conterentur in penis ⁊ supponentur chri/
sto secundum humanitatem que per pedes
designatur. propter quod concludit ⌊Cer/
tissime ergo sciat omnis domus israel⌋abs
qꝫ hesitatione aliqua. ⌊quia ⁊ dominum e/
um et christum fecit deus⌋ id est tota tri/
nitas ⌊hunc Jesum⌋ humanitatem eius uni
endo uerbo et ad patris dexteram exal/
tando ⌊quem uos crucifixistis⌋ per igno/
rantiam quidem quantū ad populum com
munem. sed per inuidiaz ⁊ maliciam quan/
tum ad principes sacerdotum. ⌊His audi/
tis⌋ Postquaz est posita Petri predicatio
Hic consequenter ponitur auditorum con/
uersio. ⁊ secundo eoruz conuersatio. ibi E/
rat autem. Circa primum dicitur ⌊His au
ditis compuncti sunt corde⌋ de christi mor/
te. ⁊ dixerunt etc̄. Parati obedire ⌊peniten
tiam agite⌋ peccata preterita detestando.
aliter poneretur obex spiritui sancto. ⌊Et
baptizetur unusquisqꝫ uestrum in nomine
Jesu christi⌋ Jn hac enim forma baptizaue/
runt in primitiua ecclesia consilio spiritussā
cti ut nomen christi quod erat apud iude/
os contemptum ⁊ odiosum. amabile redde/
retur ⁊ uenerandum. quo facto redijt eccle
sia ad formam a christo institutam. Math.
ultimo. Baptizantes eos in nomine patris
⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Ueruntamen in no
mine christi intelligitur tota trinitas. Chri
stus enim grece dicitur unctus latine. ⁊ sic
in nomine christi intelligitur pater vngens
⁊ filius unctus ⁊ ipsa unctio que est spiri/
tussanctus. ⌊Jn remissionem peccatorum ue
strorum⌋ quia baptismus delet omnia pec
cata quantum ad penam ⁊ culpam. ⌊Et ac
cipietis donuz spiritussancti⌋ quod tunc da
batur baptizatis in signo uisibili per impo
sitionem manuum apostolorum. ut habetur
infra decimo capitulo ⁊ vndecimo. ⌊Uobis
enim repromissio⌋ predicta facta per Johe/
lem prophetam ut dictum est supra. Cete/
ra patent usqꝫ ibi ⌊Saluamini a generati/
one ista praua⌋ scilicet iudaica que pro ma
iori parte remansit in infidelitate obstinata
⁊ apposite sunt ad numerum fidelium⌊ī die
illa⌋ scilicet pentecostes ut patet ex p̄dictis
⌊circiter tria milia⌋ in signum huius bapti
zationis fiebat antiquitus baptismus gene
ralis in die pentecostes. ⌊Erant autem⌋

Hic consequanter ponitur conuersoruz cō
uersatio cum dicitur ⌊Erant autem perse/
uerantes in doctrina apostolorum⌋ quantū
ad fidem ⁊ mores ⌊⁊ communicatione fracti
one panis⌋ tum quia quotidie communica
bant. tum quia communes cibos sicut ⁊ ce/
tera communia habebant. ⌊Fiebat autem
omni anime⌋id est omni homini denominā
do totum a parte digniori ⌊timor⌋ tum p/
pter predicationem Petri. tum propter mi/
racula que per apostolos fiebant. ideo sub
ditur ⌊Multa quoqꝫ⌋⁊c̄. ⌊Omnes etiam q
credebant⌋in christum ⌊erant pariter⌋in si
gnum charitatis ⌊et habebant omnia com
munia⌋ in signum fraternitatis. ⁊ ex hoc
omnis religio habuit exordium in qua nō
licet habere proprium⌊possessiones quoqꝫ⌋
id est agros ⁊ uineas ⌊⁊ substantias⌋id est
pecora ⁊ consimilia ⌊uendebant⌋ut de pre/
cio commiter omnibus prouideretur tamē
secundum indigentias eorum. ⌊Quotidie
quoqꝫ perdurantes unanimiter in templo⌋
ubi erat locus orationis quo ad omnes. ⁊
predicationis quo ad apostolos. ⌊⁊ frangen
tes circa domos panem⌋in reditu suo de tē
plo ⌊sumebant cibum exultatione⌋ mentis
in deum ⌊⁊ simplicitate cordis⌋ id sine pli/
ca dolositatis ⁊ simulationis. ⌊collaudantes
deum⌋ de beneficijs acceptis⌊⁊ gratiam ha
bentes ad omnem plebem⌋ ut sic de quoli/
bet eorum posset dici quod de sancto Se/
bastiano legitur Necesse erat ut quem de/
us tanta perfuderat gratia ab omnibus a/
maretur. ⌊Deus autem augebat⌋supple nu
merum eorum ⌊qui salui fiebant⌋ per rece
ptionem fidei catholice ⌊quotidie⌋ ⁊ non so
lum in die pentecostes sed etiam in alijs di
ebus sequentibus ⌊in idipsuz⌋ id est in vni
onem apostolice doctrine.

Capituluz. iij.

Etrus autem⌋ Hic consequen/
ter describitur predicatio Pe/
tri adiuncto miraculo. Et diui
ditur in tres partes. quia primo ponit̄ ope
ratio miraculi. secundo predicatio Petri. ibi
Uidens autez petrus ⁊ cetera. tertio excita
tio zeli quarto capitulo. Circa primum no
tatur hora cum dicitur⌊Petrus autem ⁊ Jo
hannes ascendebant in templum⌋ id est in
atrium mundorum quod erat orationis lo
cus ⌊ad horam orationis nonam⌋tribus e/

nim horis in die orabant iudei. vnde dicit
Daniel.vj. q Daniel tribus temporibus
in die orabat cõtra Hierusalem scilicet ma
ne.hora nona. ⁊ uespere. [Et quidam vir
qui erat claudus ex utero matris sue] ex
quo miraculum fuit euidentius q̈3 si fuisset
claudus ex aliquo accidentaliter [baiulaba
tur] quia non solum erat claudus sed etia3
sic contractꝰ q non poterat incedere[quem
ponebant quotidie ad portam templi que
dicitur speciosa] Ista ut dicunt aliqui est il
la porta quam edificauit Joathan rex iuda
sublimissimam.ij.paralip̃.xij. sed si intelli
gebant de porta eadem numero quam edi
ficauit Joathan non est uerum. nam illa fu
it combusta per caldeos. quarto regu3 ulti
mo.potuit tamen alia in eodem loco reedi
ficari ad similitudinem prime.⁊ retinuit no
men antiquum [ut peteret elemosynam] si
cut consuetum est talibus qui non possunt
lucrari uictum suum. Cetera patent usque
ibi [respice in nos].i. considera nos pau/
peres nihil tibi dare ualentes ut dicunt a/
liqui.⁊ uidetur hoc glosa interlinearis di
cere. Sed saluo iudicio meliori uidetur alit̃
dicendum. Si enim sic petrus ei respondis/
set spem recipiendi aliquid ab eis sibi non
dedisset sed magis contrariu3.⁊ tamen sub
ditur [At ille intendebat] in eos sperans
se aliquid accepturum ab eis. Ideo dicendũ
q Petrus ⁊ Johannes qui erant ualde mi
sericordes respexerunt eum clementibꝰ ocu
lis cogitantibus sibi melius dare q̈3 pete/
bat. ideo dixt ei Petrus [Respice in nos]
non in nostra. propter quod subditur[Ar/
gentum ⁊ aurũ non est mihi]memor illiꝰ
precepti Nolite possidere aurum ⁊ argen
tum ⁊c̃.ut dicit glosa.[quod autem habeo
hoc tibi do] quod enim per amicos possu/
mus quodammodo per nosipsos possumus
octauo ethicoꝝ. Sanitatem autem illam po
terat Petrus dare uirtute domĩ sui ⁊ ami
ci Jesu christi. ideo subditur [In nomine Je
su christi].i. in uirtute eius [surge ⁊ ambu
la] neutrum enim antea poterat.[⁊ proti/
nus consolidate sunt bases eius] id est cru
ra ⁊ tybie quibus innititur corporis pon/
dus [⁊ plante] id pedes usq3 ad ultima3 su
perficiem[⁊ exiliens stetit ⁊ ambulabat]in
quo quo ostenditur curatio perfecta ⁊ ĩ in
stanti quam solus deus potest facere.[⁊ in

trauit cum illis ĩ templum]ut redderet deo
gratias de tanto beneficio. Cetera patent
usq3 ibi [ad porticum que appellabatur sa
lomonis] Porticus enim illa quam fecit sa
lomon in templo fuit per caldeos combu/
sed post reditum captiuitatis babylonice ĩ
eodem loco fuit alia reedificata retinens no
men antiquum.[Uidens autem] Hic conse
quenter ponitur exhortatio Petri.in qua
primo arguit iudeorum iniquitatem. secun
do eos inducit ad ueritatem . ibi Et nunc
fratres. Circa primum dicit [Uiri israeli
te quid miramini] ⁊c̃.[quasi nostra uirtu/
te aut pietate fecerimꝰ] sic habent libri cor
recti. Ad faciendum enim aliquod bonum
requiruntur facultas ⁊ bona uoluntas que
per uirtutem ⁊ pietatem designantur. qua
si diceret Petrus Si fecissemus hec nostra
potestate ⁊ uoluntate bene esset admiran/
dum. sed sic non est. propter quod subdit̃
[Deus Abrahã ⁊ deꝰ Isaac ⁊ deus Jacob]
Utit̃ hoc modo loquendi. quia communis
erat apud iudeos in assertionibus ueritatis
ut pat3 in decursu ueteris testamenti [De
us patrum nostrorum] qui est omnipotens
[glorificauit filium suum Jesum] eum resu
scitando ⁊ collocando ad dexteram suam.
[quem uos quidem tradidistis] Pilato ad
ĩterficiendum. Hoc enim fecerant principes
in quibus erat totus populus uirtualiter .
[Et negastis ante faciem Pilati] dicendo
Non habemus regem nisi cesarem. Johan
nis.xix. [iudicante illo] scilicet Pilato [di
mitti] supple debere Jesum silicet innocen
tem ut habetur ibidem. [Uos autem san/
ctum ⁊ iustum negastis] Et dicit sanctum
⁊ iustum absolute. quia sanctus ⁊ iustus est
anthonomatice. Unde dicitur Sanctus san
ctorum. Daniel.ix.[⁊ petistis uirum homi
cidam] scilicet Barrabam qui propter sedi
tionem quandam in ciuitate ⁊ homicidium
missus erat in carcerem. Luce.xxiiij.[Au/
ctorem uevo uite] corporalis ⁊ spiritualis
quod christo competit secundum eius diui/
nitatem[interfecistis] in humanitate assum
pta [quem deus suscitauit per suam omni/
potentiam[cuius nos testes sumus] nõ tan
tum duo uel tres ad sufficientiam. sed mul
to plures ad superhabundantiam.[⁊ in fi/
de nominis eius hunc quem uos uidetis]
nunc sanum ⁊ incolumem [⁊ nostis] ante

fuisse claudum ⁊ impotentem[confirmauit] in sanitate[nomen eius]id est inuocatio nominis christi[⁊ fides ꝛc.]nam inuocatio sine fide efficax non essz.[Et nunc fratres] Hic consequenter iducit eos Petrus ad ueritatem. ⁊ primo ratione. secundo scripture allegatione.ibi Moyses. Circa primum dicit [Et nunc fratres] dulciter eos alloquitur ut uerbum eius magis recipiatur [scio quia per ignorantiam fecistis sicut ⁊ principes uestri] alia tamen fuit ignorantia hic ⁊ ibi. Nam principes qui erant litterati per scripturas que predicte erāt de christo ⁊ p eius opera cognouerunt primo de Jesu nazareno ꝙ ipse esset christus in lege ⁊ prophetis promissus sicut dictum fuit plenius super illud Matthei.xxj. Primo autem agricole dixerunt hic est heres. Sed quia icepit predicare contra eorum vicia publice conceperunt contra eum inuidiam ⁊ odium sic i eis fuit subuersa dicta noticia. quia corruptio affectionis corrumpit iudicium rationis. ⁊ in augmentum malicie deceperunt populum simplicem inducentes eum ad petendum mortem christi. Matthei.xxvij. Principes autem sacerdotum ⁊ seniores persuaserunt populo ut peterent Barrabam. Jesū uero perderent. ⁊ sic patet ꝙ ignrantia prīcipum fuit multo grauior q̃ popularium. [Deus autem qui prenunciauit per os omnium prophetarum ꝛc.] Dicit autem os in singulari ad designanduz ꝙ omnes prophete uno spiritu sunt locuti. ⁊ passionem christi omnes litteraliter uel mystice predixerunt.[impleuit sic] nam malis actibus hominum utitur ad bonum. Sunt enim ab eo inquantuz actus.[Penitemini igitur]a peccatis uestris [⁊ conuertimini] ad christum [ut deleantur peccata uestra] per baptismū [ut cum uenerint tempora refrigerij] id est ultimi iudicij. tunc enim ad refrigerium beatitudinis transferentur electi[a conspectu domini] secundum ordinationem eius[⁊ miserit eum qui predicatus est ex uobis Jesuz christum] ad iudicandum seculum per ignē in forma humanitatis gloriosa[quem oportet quidem celum suscipere] id est interim ī celis ad dexteram patris sedere. ut dictum est supra capitulo primo.[vsq̃ in tempora restitutionis omnium] id est extremi iudicij in quo omnia reducentur ad statum ordinatissimum secundum lineam diuine iusticie [que est locutus per os sanctorum suorum a seculo] id est ab antiquo ⁊ nō solum de nouo.[Moyses] Hic consequenter ad propositum inducit scripturas prophetarū. ⁊ primo in speciali dicens [Moyses quidez dixit]deuteronomij.viij.[quoniam prophetam suscitabit uobis dominus deus uester] quod sicut ibidem dictum fuit intelligit prīcipaliter de christo qui dicitur propheta magnus. Luce.vij. Et descendit de iudeis secūdum carnem. Matthei primo.[tanquaz me ipsum audietis]id est latorem noui testamēti sicut me ueteris [omnis anima] id ē omnis homo. ponitur hic pars principalis pro toto [que non audierit prophetam illum]legem euangelicam renuendo [exterminabitur de plebe] id est de sanctorum societate Consequenter inducit scripturas prophetarum in quodam generali dicens[Et omnes prophete a Samuele ꝛc.] sub illo enim incepit regnū Jsrael ⁊ Juda. ut primo regū decimo patet. Temporibus uero regum et deinceps fuerunt prophete qui clarius locuti sunt de mysterio christi ut est superius ostensuz in expositione prophetaꝝ. Unde de Esaia dicit Hieronymus ꝙ uidetur magis euangelium q̃ prophetiam texere[Uos autem estis filij prophetarum] id est in eoruz scripturis nutriti [⁊ testamenti] id est promissionis [quod disposuit deus ad patres nostros]de futuro dicens ad Abraham] genesis.xij.[in semine tuo benedicentur omnes familie terre] quod impletum est i christo ab Abraham descendente. ut patet per omnes partes orbis in quibus sunt aliqui christiani. ⁊ adhuc magis implebitur circa finem mundi quando omnes conuertentur ad fidem christi [uobis primum suscitans] id est manifestans [filium suum]quia inter iudeos fuit natus ⁊ conuersatus [misit euz benedicentem uobis] Jn persona enim propria predicauit iudeis ⁊ multa beneficia cōtulit eis. mortuos suscitando. leprosos sanādo ⁊ huiusmodi faciendo[ut conuertat se ꝛc Ad hoc enim requiritur actus liberi arbitrij. Unde Augustinꝰ dicit Qui creauit te sine te non iusticabit te sine te.

Capituluz.iiij.

Oquentibus autem illis ⁊ cete
ra.⌋ Posita predicatione Petri
Hic consequenter ponitur exci
tatio zeli. Circa quod primo
ponitur duplex zelus. secundo utriusq₃ pro
cessus. ibi Factum est autem. Circa pri/
mum sciendum ꝙ zelus aliquando accipitur
pro inuidia. aliquando uero pro singulari
amicitia. Primus autem zelus ponitur cuȝ
dicitur⌊Loquentibus autem illis⌋ scilicet ad
populum superuenerunt sacerdotes ⁊c̃.⌋mo
ti inuidia contra christum ⌊⁊ saducei dicen
tes ⁊c̃.⌋ Isti specialiter exprimuntur dole/
re. quia negabant resurrectionem mortu/
orum ut habetur infra. xxiij. capitulo. ⌊et
posuerunt eos in custodiam⌋ id est in car/
cerem ⌊usque in crastinum⌋eo ꝙ iam tran
sierat hora ducendi eos ad iudicium. Secū
do ponitur excitatio boni zeli cum dicitur
⌊Multi autem eorum qui audierant uer/
bum⌋ scilicet Petri predictuȝ ⌊crediderunt⌋
in christum ⌊et factus est numerus eorum
quinq₃ milia⌋ cum precedentibus conuersis
prius per predicationem Petri. Et secun/
dum hoc fuerunt octo milia. quod uidetur
uerius. Secundum alios uero tria milia p̄/
dicta capitulo secundo in hoc numero inclu
duntur. ⌊Factum est autem⌋ Hic consequē
ter ponitur utriusq₃ zeli prosecutio. et pri/
mo mali. secundo boni. ibi Dimissi sunt.
Circa primum primo ponitur apostolorum
interrogatio. secundo Petri responsio. ibi
Tunc Petrus. tercio super predicta colla/
tio. ibi Uidentes autem. Circa primum di/
citur ⌊Factum est autem in crastinum vt
congregarentur ⁊c̃.⌋ multi enim ⁊ magni
fuerunt conuocati ut ex hoc apostoli magis
terrerentur ⁊ in uerbis suis caperentur. iō
subditur⌊Et statuentes eos interrogabāt⌋
ex diuersis partibus ad eos stupefacien/
dum ⌊In qua uirtute aut in quo numine fe
cistis hec uos⌋ quasi dicāt. patet manifeste
ꝙ hec fecistis artibus magicis. Unde ⁊ iste
curatus fuerat cum eis detentus ut malefi/
cij particeps. ⌊Tunc repletus⌋ Hic conse/
quenter ponitur responsio Petri dicentis
⌊Principes populi ⁊ seniores audite⌋ id est
diligenter ueritatem attendite ⌊si nos ho/
die diiudicamur⌋ id est ad iudicium trahi/
mur ut malefactores. ⁊ accipitur hic si pro
quia. quia sic trahebantur ⌊in beneficio ho
minis infirmi⌋ id est pro beneficio curati/
onis eius ⌊notum sit omnibus ⁊c̃.⌋quia in
nomine Jesu christi nazareni quem uos cru
cifixistis⌋ per milites presidis. et hoc ex in
uidia ⁊ nequicia uestra ⌊quem deus suscita
uit a mortuis⌋ ex sua omnipotentia⌊in hoc
id est in fide ipsius ⌊iste astat coram uobis
sanus⌋ uere ⁊ non ficte. Consequenter in/
ducit scripturam ad propositum que habe/
tur psalmo centesimo decimoseptimo dicens
⌊Hic est lapis ⁊c̃.⌋ que de christo intelligi
tur ad litteram sicut ibidem declaraui per
doctores hebraicos ⁊ latinos. Quod enim
lapis christus dicitur ĩ scriptura ueteris te
stamenti patet Daniel' secundo. Lapis au
tem qui percusserat statuam factus est ma/
gnus ⁊ impleuit uniuersam terram. quod
ad litteram exponitur de christo a docto/
ribus hebreis ⁊ latinis ⌊reprobatus a uo/
bis edificantibus⌋ id est a uobis sacerdoti/
bus ⁊ legis doctoribus ad quorum officiuȝ
spectat edificare populum in fide ⁊ moribus
⌊qui factus est in caput anguli⌋coniungens
iudeos ⁊ gentiles tanquaȝ duos parietes ĩ
unam ecclesiam. propter quod dicit Johan/
nis decimo Alias oues habeo que non sūt
ex hoc ouili ⁊ illas oportet me adducere. et
fiet vnum ouile ⁊ unus pastor⌊⁊ non est in
aliquo alio⌋ id est per aliquem alium ⌊sa/
lus⌋ quia ipse est mediator dei ⁊ hominum
⌊Neque eniȝ aliud nomen est sub celo ⁊c̃⌋
id est res significata per nomen saluatoris
non est data alteri homini. Soli enim chri
sto datum est ꝙ sit deus ⁊ homo. ⌊Uiden/
tes autem⌋ Hic consequenter ponitur su/
per Petri resposionem sacerdotum collatio
Et primo ponitur collationis actus. secun/
do effectus. ibi Et uocantes ⁊c̃. Circa pri
mum dicitur ⌊Uidentes autem Petri con/
stantiam ⁊ Johannis⌋ quia in nullo stupe/
bant nec terrebantur ⌊comperto ꝙ essent
homines sine litteris⌋ id est carentes scien
tia acquisita. ⁊ tamen allegabant scripturā
ut uisum est ⌊ideote⌋ id est simplicis ⁊ par
ue industrie ⌊ammirabantur⌋ eo ꝙ ignora
bant causam scilicet spiritussancti vnctioneȝ
que docet de omnibus. prima Johannis. ij.
⌊Et cognoscebant eos⌋ quoniam cum Jesu
fuerant qui frequenter predicauerat in tem
plo. ⁊ apostoli erant cum eo⌊hominez quo
q₃ uidentes stantem cum eis⌋ perfecte cu/

ratum ab eis [nihil poterant contradicere] quia dicere non poterant ꝙ alius esset homo ab illo claudo predicto. nec ꝙ non esset curatus uere ⁊ perfecte. quia utrumqꝫ falsum apparebat manifeste. [Miserunt autem eos foras extra consilium secedere] ut in eorum absentia possent melius conferre [Quid faciemus hominibus istis] quasi dicant Non possumus eos ad mortem uel ad carcerem condemnare. Et causa subditur [Quoniam quidem notum signum] id est miraculum [factum est per eos] ⁊ sic interficiendo uel detinendo eos concitabimus totum populum contra nos. Si queratur cur non crediderunt ex quo signum tam manifestum uiderunt. Dicendum ꝙ malicia eorum excecauit eos. propter quod factum illud attribuebant uirtuti demonum sicut et facta christi. Matthei duodecimo. In beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. [Sed ne amplius diuulgetur] in populum [comminemur eis] precipiendo sub pena mortis [ne anplius loquantur sub nomine hoc] scilicet nazareno [ulli hominum] iudeo uel gentili: [Et nocantes] Hic consequenter ponitur collationis effectus qui ē probibitio ex parte sacerdotum cum dicitur [Denunciauerunt etc̄.] Et patet rationabilis responsio apostolorum cum subditur [Si iustum est in conspectu dei nos potius audire q̄ꝫ deum iudicare] quasi dicant Non potestis hoc dicere cum nullam auctoritatez habeatis precipiendi nisi ab eo Ideo concludunt [Non enim possumus licite que uidimus] scilicet christi miracula. eius resurrectionem ⁊ ascensionem [et audiuimus] ipsum uenturum ad iudicium ⁊ hoc ab angelis. ut patet supra capitulo primo. [non loqui] maxime cum preceperit nobis hoc testificari supra primo capitulo. ⁊ Luc. ultimo. [At illi comminantes dimiserunt eos] Et subditur causa [non inuenientes quomodo punirent eos propter populum] Ex quo patet ꝙ repressi fuerunt ab hac punitione humano timore tantuz [quia omnes glorificabant id quod factum fuerat] cōfitentes hoc esse factum diuina uirtute. Et subditur causa [Annorum enim amplius q̄ quadraginta erat homo] et sic erat notus omnibus fuisse claudus per longum tempus.

Confessio etiaz ueritatis erat efficax in eo ratione etatis ex quibus apparebat factuz illud esse diuina uirtute. [Dimissa autem] Posita prosecutione zeli mali ex parte sacerdotum Hic consequenter ponitur prosecutio zeli boni ex parte credentium. et hoc quantum ad duo. scilicet quantum ad deuotam orationem. ⁊ secundo quantuz ad sanctam conuersationez que ponitur ibi Multitudinis autem. Circa primum dicitur [Dimissi autem] Et patet littera usqꝫ ibi [Unanimiter leuauerunt uocem] corde et ore deprecantes. ⁊ orationem suam fundabant primo super dei potentiam dicentes [Domine tu qui fecisti celum ⁊ cetera.] Secundo super eius gratiam cum dicitur [qui spiritusancto ⁊c̄. dixisti] de christo palmo secundo qui intelligitur ad litteram de christo etiam secundum doctores antiquos hebreorum. ut ibidem fuit declaratum [Quare fremuerunt gentes] id est gentiles [et populi] id est iudei in pluribus tribubus diuisi. Utriqꝫ enim egerunt ad mortem christi. Pilatus enim ⁊ milites christum crucifigentes fuerunt gentiles. Judas autem proditor ⁊ illi qui christum tradiderunt Pilato fuerunt iudei [meditati sunt inania] Dicitur autem inanis meditatio quando non habetur propositum sed magis oppositum Isti enim crediderunt christi nomen extinguere per eius mortem per quam fuit magis exaltatum ⁊ glorificatum eo ꝙ ad eaz secuta est eius resurrectio. ascensio. spiritus sancti missio. ⁊ apostolorum constans predicatio. Propter quod imminente sua morte dixit Nunc clarificatus est filius hominis. Et subditur Et deus clarificabit euz in semetipso ⁊ continuo clarificabit eum. [Astiterunt reges terre] scilicet Herodes ⁊ pontius Pilatus ut postea exponitur. Et dicū tur reges a regnando. nam Herodes erat thetrarcha Galilee. et Pilatus procurator Judee illuc a cesare missus ut habetur Luce tercio. [et principes] scilicet iudeorum [cōuenerunt in unum aduersus dominum] id est aduersus deum patrem [⁊ aduersus christum eius] ab eo missum in mundum. propter hoc quicquid fiebat contra filium missum fiebat etiam contra patrem mittentez Et sic exponitur cum dicitur [conuenerunt

uere ꝛc.⌋ et patet ex dictis littera usq; ibi
⌊facere⌋ iniqua uoluntate ex parte ipsorum
⌊que manus tua⌋ id est potentia tua ⌊⁊ cō
silium tuum⌋ id est ordinatio tua ⌊decreue/
uerunt fieri⌋ ex maxima pietate ⁊ miseri/
cordia ex parte dei ⁊ ex maxima charita/
te ⁊ obedientia ex parte hominis christi.
⌊Nunc domine respice in minas eorum⌋
ut ipsis non terreamur ⌊⁊ da seruis tuis cū
fiducia loqui uerbum tuum⌋ et subditur mo
dus ⌊in eo ꝙ manus tuas extendas ad sa/
nitates ꝛc.⌋ que sunt uerbi diuini confir/
matiua. Marci vltimo. Illi autem profecti p̄
dicauerunt ubiq; ⁊ cetera. ⌊Et cum oras/
sent motus est locus ꝛc.⌋ per terremotum
sub pedibus eorum significata fuit exaudi
tio petitionis eorum. scilicet ꝙ glorificatio
nominis christi per terrenas potestates nō
impediretur. ⁊ ꝙ finaliter terrene potesta
tes christi iugo subijcerentur. quod adim/
pletum patet. quia tempore persecutionis
ecclesie maxime creuit fides ⁊ nomen chri/
sti. et ipsius iugo submiserunt colla multi
principes maxime a tempore Constantini.
⌊Et repleti sunt omnes spiritusancto⌋ per
augmentum charitatis ⁊ gratie. ⌊Multi/
tudinis⌋ Hic consequenter describitur cre
dentium conuersatio sancta. et primo gera
liter. secundo specialiter. ibi Ioseph. Cir/
ca primum dicitur ⌊Multitudinis credenti/
um erat unum cor ⁊ anima vna⌋ nam con
iuncti erant ad inuicem charitate maxima.
⌊nec quisquaꝫ eorum qui possidebat aliq̄d
suum esse dicebat⌋ sibi uel sue familie ap/
propriando. Et ex hac congregatione ha/
buit ortum omnis religio. ⌊Et uirtute ma
gna⌋ in signis ⁊ prodigijs uirtute diuina fa
ctis ⌊reddebant apostoli testimonium⌋ diui
nis miraculis confirmatum ⌊et gratia ma/
gna erat in omnibus illis⌋ scilicet gratia
dei ad seipsos ⁊ omnium ipsorum ad inui/
cem. ideo subditur ⌊Neq; enim quisquaꝫ e
gens erat inter illos⌋ Et subditur causa
⌊Quotquot enim possessores agroruꝫ ꝛc.⌋
et patet littera. ⌊Ioseph autem⌋ Hic con/
sequenter ponitur exemplum in speciali de
ista communicatione sociali. Et diuiditur ī
duas partes. scilicet in partem principalem
⁊ in incidentaleꝫ que incipit in principio ca
pituli quinti. Circa primum dicitur ⌊Io/
seph autem qui cognominatus est Barna/
bas⌋ Iste secundum Hieronymum in libro
illustrium uirorum fuit ille qui cum Paulo
uocatus fuit ad apostolatum. ut habetur in
fra capitulo. xiij. Et fuit alius ab illo Io/
seph qui cum Mathia accepit sortes. supra
primo capitulo. vbi dicitur in historia scho
lastica. Et hoc uidetur uerum. quia ille co/
gnominatus est Barsabas. iste uero Bar/
nabas. Et quia ille fuit filius Alphei ⁊ sic
de Galilea oriundus. Iste uero dicitur cy/
prus. id est de Cypro natus. Dicitur enim
genere leuites de qua tribu non uidetur fu
isse Alpheus. ⌊cum haberet agrum uendi/
dit eum⌋ Licet enim leuite non haberent a
gros in Iudea tamen poterant habere in
alia terra. Parentes autem istius tempore
Antiochi uel alterius tyranni fuerant ad in
sulam Cypri translati vbi agros licite po/
terant habere ⁊ eos uendere ⌊⁊ attulit pre
cium⌋ integrum nihil sibi retinendo ⌊⁊ po
suit ad pedes apostolorum⌋ ut inde proui/
deretur communitati secundum dispositio/
nem eorum ꝛc.

Capitulus. v.

Vir autem quidam⌋ Hec est ps
incidentalis in qua occasione Io
seph qui totum preciuꝫ fideliter
communicauit ponitur exem/
plum de Anania qui per oppositum parteꝫ
defraudauit. Nam opposita iuxta se posita
magis elucescunt. Et diuiditur in duas par
tes. quia primo ponitur culpa. secundo pe/
na. ibi Audiens autem. Circa primum di
citur ⌊Uir autem quidam ꝛc.⌋ Et patet lit
tera vsque ibi ⌊Cur tentauit sathanas te
mentiri spiritusancto⌋ Promiserant enim
deo omnes de societate illa uiuere sine pro
prio. ⁊ sic mentitus deo fuit partem sibi ap
propriando. Mentitus etiam fuerat homi/
nibus dicendo ꝙ erat totum agri precium
sicut patet per uerbum uxoris sue infra di
centis ꝙ pro tanto precio agrum uendide/
rant que erat conscia facti ut premissum ē
⁊ per consequens probabile uidetur ꝙ ipsa
⁊ uir suus conuenerant in modum loquen/
di de ista uenditione ⁊ respondendi ⌊⁊ frau
dare de precio agri⌋ Retinere enim sibi so
li quod est commune ⁊ occulte est commu/
nicantem defraudare ⌊Nonne manens tibi

manebat] scilicet ante uotum[⁊ uenūdatum
in tua erat potestate] quasi dicat tunc po/
teras agrum uendere uel retinere ⁊ de pre
cio tuam uoluntatem facere. nec aliquis co
egit te uotum facere ⁊ communitatem istaȝ
intrare [Quare posuisti in corde tuo hanc
rem] id est dictam fraudem. volebat enim
de medietate precij habere expensas com/
munes sicut ⁊ alij. ⁊ de alia medietate uiue
re lautius in occulto[Non es mentitus ho
minibus] scilicet solum [sed etiam deo] ut
patet ex predictis.[Audiens autem]Hic cō
sequenter ponitur pena cum dicitur [Ceci
dit] subito a deo percussus. Transgressio
nes enim alicuius legis grauiter sunt a pri
cipio puniende ut lex firmetur ⁊ ut alij ter
reantur. Et hoc modo Nadab ⁊ Abim fi
lij Aaron offerentes ignem alienum per/
cussi fuerunt a deo in die suarum consecra
tionum. Leuit᷑.decimo. Et colligens ligna
sabbato lapidatus. Numeri decimoquinto.
Ideo subditur[Et factus est timor magnꝰ]
retrahens alios a consimilibus.hoc tamen
dicitur hic per anticipationem.quia pauci
adhuc sciebant hoc factum.quod patet ex
eius vxore postea ueniente ⁊ factum peni/
tus ignorante.[Surgentes autem iuuenes
amouerunt eum ⁊c̄.] Ex hoc autem dicunt
aliqui qꝫ Ananias audiens uerbum Petri
penituit.⁊ mors illa sibi pro expiatione cul
pe fuit. Nam Petrus preuidit qꝫ religiosi
morientes proprietarij forent ecclesiastica se
pultura cirituri. ⁊ sic non permisisset Ana
niam sepeliri nisi penituisset cum esset ordi
nator ecclesie. Sed quicquid sit de ueritate
hoc non uidetur ualere.quia non dicit᷑ hic
ubi fuerit sepultus scilicet in loco sacro uel
non sacro.et uidetur magis qꝫ in loco non
sacro ⁊ occulto. Si enim portatus ad choe/
miterium commune probabile uideretur qꝫ
uxor sua sciuisset. Alibi autem sepeliri pos/
sunt ꝓprietarij.[Factum est autem] Hic cō
sequenter ponitur pena uxoris.⁊ patet lit/
tera usqꝫ ibi [Si tanti agrum uendidistis]
id est pro tanto precio ⁊ non maiori. et ex
pressit Petrus precise summam quaȝ uir ei
us posuerat in communitate.[que respon/
dit etiam] certe [tanti] precij [Quid utiqꝫ
conuenit uobis tentare spiritui domini] hec
enim fraudatio dicitur dei tentatio. quia p

ipsam exquisierunt experientiaȝ de dei no
ticia occasionaliter illam fraudem grauiter
puniendo. Tentare enim est experimentuȝ
accipere de aliquo.[Ecce pedes eorum qui
sepelierunt uirum tuum] iam reuersi de ei/
us sepultura [⁊ efferent te] punitam simili
pena. Cetera patent usque ibi [Et factus
est timor magnus in uniuersa ecclesia] id ē
in conuersatione credentium in christum re
trahens quemlibet de congregatione a si
mili transgressione.[et in omnes qui audie
runt hec]nam alij qui non ponebant sic bo
na sua in communi nihilominus ex hoc fa
cto fuerunt territi cogitantes seueritateȝ ul
tionis diuine.[Per manus autem] Postq̄ꝫ
superius posita est predicatio Petri apud
iudeos singulariter Hic consequenter po/
nitur eius predicatio apud eosdem cuȝ alijs
apostolis communiter.Et diuiditur in duas
partes. Nam primo describitur hec predi/
catio,tanquaȝ uirtuosa.secundo ex hoc ori/
tur iudeorum concitatio uenenosa.ibi Ex/
urgens autem. Circa primum ostenditur
apostolorum predicatio uirtuosa ex duobus
scilicet ex miraculis eam confirmantibus.⁊
ex multiplicatione credentium ad exhorta/
tionem apostolorum.et hoc est quod dicit᷑
[Per manus autem apostolorum fiebant si
gna ⁊ prodigia multa in plebe] non dicit ī
principibus.quia non credebant paucis ex/
ceptis qui occulte christiani erant ut Ga/
maliel Nicodemus ⁊ aliqui alij [Et erant
vnanimiter omnes]scilicet apostoli [in por
ticu Salomonis] ubi erat locus orationis ⁊
predicationis.[Ceterorum autem nemo au
debat se coniungere illis] ficte scilicet timē
tes penam que uenerat super Ananiam et
eius uxorem [sed magnificabat eos popu/
lus propter curationes ⁊ miracula que fie/
bant. et quia bona pro malis suis persecu
toribus reddebant. Et subditur de multi/
plicatione credentium cum dicitur [Magis
autem augebatur ⁊c̄.]Et patet littera vs/
qꝫ ibi [Ueniente Petro saltem umbra illi/
us ⁊c̄.] In quo ponit᷑ differentia Petri ad
alios apostolos in operatione miraculorum
Nam alij apostoli curabant infirmos per
tactum manuum sicut dicitur supra Per ma
nus apostolorum ⁊c̄. Petrus autem non so
lum per tactum sed etiam per umbram qd᷑

11

est maius. quod faciebat ad ostendenduz ꝙ erat principalis apostolus. Sciendum tamen ꝙ si considerentur miracula ex parte uirtutis actiue vnuz non est maius alio. quia omnia fiunt uirtute diuina infinita cuz sint opera totam uirtutem nature create transcendentia. Si autem considerentur quantum ad rem factam. sic vnuz est maius alio sicut suscitatio mortui est maius miraculuz q̃z curatio leprosi. ⁊ curatio leprosi q̃z curatio subita languidi. Similiter si considerentur quantum ad modum faciendi. sic maius est miraculum curare leprosum uel languidum solo nerbo q̃z tactu. ⁊ per umbram maius q̃z per uerbum. Uerbum enim est aliquid procedens ex homine habens uirtutem. sed umbra nihil est ipsius sed tantum priuatio lucis ex interpositione corporis. Et quia christus non legitur curasse per umbram sicut Petrus. ideo uidetur impletum fuisse quod dixit Jo. xiiij. Qui credit ĩ me opera que ego facio ipse faciet ⁊ maiora horum faciet. Cetera patent in littera. [Exurgens autem] Hic consequenter ponitur sacerdotum concitatio uenenosa. nam concitati inuidia que nenenum est anime uoluerunt apostolos perdere. sed non potuerunt diuina uirtute eos protegente. Et secundũ hoc residuum huius capituli in quattuor partes diuiditur. quia primo ponitur apostolorum captio. secundo captorum increpatio. ibi Et interrogauit. Tertio excusatio increpatorum. ibi Respondens autem. Quarto excusatorum dimissio. ibi Consenserunt autem. Prima adhuc in tres. quia primo ponitur apostolorum iniuriosa captio. Secundo eorum miraculosa liberatio. ibi Angelus autem. Tercio eoruz cautelosa reductio. ibi Tunc abijt. Circa primum dicitur [Exurgens autem princeps sacerdotum ⁊c.] Ex hoc uidetur ꝙ ipse ⁊ qui cum eo erant de secta erant saduceorum qui negant resurrectionem ⁊ spiritum ⁊ angelum. ut habetur infra capitulo. xxiij. ideo subditur [Repleti suut zelo] id est inuidia ⁊ ira. nam apostoli predicabant in Jesum resurrectionẽ ex mortuis ut ditum est supra in principio capituli quarti. Dicuntur autem saducei a sedec quod est iusticia in hebreo. nam saducei inter alios iudeos erãt in iudicijs ⁊ punitionibus acerrimi. ut dicitur in scholastica historia. propter quod sibi nomen iusticie usurpabant. [Et posu. eos in custodia publica] id est in carcere in quo ponebantur malefactores publici homicide latrones ⁊ huiusmodi. [Angelus autem] Hic consequenter ponitur apostolorum mirabilis liberatio. ⁊ secundo huius liberationis admiratio ibi Adueniens autem. Circa primum dicitur [Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas ⁊c.] Dicit hic quedam glosa ꝙ non apparuit secunduz rem sed secundum apparentiam quia eduxit eos per ianuas clausas ita libere ac si essent aperte. ⁊ circa hoc non est dubium ꝙ hoc potuit fieri uirtute diuina sicut corpus christi nondum gloriosuz exijt de utero uirginis clauso. sed non potuit fieri uirtute angelica q̄ se non extendit ad faciendum duo corpora esse simul. Potuit tamen angelus uirtute propria ianuas aperire ⁊ claudere sicut prius. Et huic modo educendi apostolos uidetur littera magis concordare [Jte ⁊ stantes loquimini in templo] id est constanter ⁊ intrepide [plebi] ibi conuenienti [omnia uerba uite huius] scilicet christiane que est in presenti per gratiam. ⁊ per gloriam in futuro [qui cum audissent intrauerunt diluculo] tanquaz feruidi ad impletionem mandati. [Adueniens autem] Hic consequenter ponitur dicte liberationis admiratio cum dicitur Adueniens autem ⁊c. Et patet littera usque ibi [⁊ miserunt ad carcerem ut adducerentur] ad hoc enim positi fuerunt in carcere ut in crastino inde traherentur ad iudicium ⁊ condemnarentur. Cetera patent usque ibi [Et custodes stantes] id est diligenter custodientes quasi dicant Non exierunt p defectum clausure uel custodie. Cetera patent usque ibi [Ambigebant de illis quid nam fieret] id est ubi ⁊ quomodo q̄rerentur ut caperentur [Adueniens autem quidam qui uiderat astantes eos in templo ⁊ intrepide docentes [annunciauit eis ⁊c.] Et patet littera. [Tunc abijt] Hic consequenter ponitur apostolorum cautelosa reductio. Jnierunt enim isti consilium ad reducendum eos turpiter ⁊ aspere sicut malefactores publicos. Sed uidentes deuotionez populi timentes ne lapidarentur mutaue-

runt propoſitum. ⁊ ad reducendum eos uſi
ſunt tantum uerbo ſimplici. ⁊ hoc eſt quod
dicitur ⌊Tunc abijt magiſtratus⌋ Nomen
eſt officij. ⁊ tenetur collectiue pro maiorib⁹
communitatis ⌊cum miniſtris⌋ ad capiendū
apoſtolos paratis ⌊⁊ illos adduxit ſine vi⌋
cuius cauſa ſubditur ex parte ipſorum cum
dicitur ⌊Timebant enim ⁊c̃.⌋ Ex parte a/
poſtolorum cauſa fuit prompta uoluntas ue
niendi ⁊ ſecuritas de aſſiſtentia dei. ⌊Et ĩ
terrogauit eos⌋ Hic ponitur apoſtolorum
increpatio cum dicitur ⌊Precipiendo prece/
pimus⌋ id eſt auctoritate pontificali prohi
buimus ⌊ne doceretiſ in nomine iſto⌋ id eſt
in nomine Jeſu nazareni ⌊et ecce repleſtis
Hieruſalem doctrina ueſtra⌋ contra prece
pta noſtra ⌊⁊ uultiſ introducere ſuper nos
etc̃.⌋ quaſi dicant Non ſolum eſtis inobe/
dientes ſed etiam crimen homicidij nobis
imponentes. ⌊Reſpondens autem⌋ Hic con
ſequenter ponitur increpatorum reſponſio
que eſt duplex. ſecunda ponitur ibi Sur/
gens autem. Prima uero eſt per apoſtolo/
rum uerba cum dicitur ⌊Reſpondens au/
tem Petrus ⁊ apoſtoli⌋ licet gloſa interli/
nealis dicat ꝙ apoſtoli ex feruore moti nō
fuerunt paſſi vnum pro omnibus loqui. nō
eſt tamen ueriſimile ꝙ omnes loquentes ſi
mul dederint reſponſionem que ſequitur ꝑ
ordinem. quia ibi fuiſſet confuſio uocuꝫ qđ
non eſſet decens nec bene intelligibile. nec
ſic permittitur hominibus loqui in loco iu
dicij. Jdeo magis uidetur ſaluo tamen me
liori iudicio ꝙ Petrus ſolus dedit reſpon/
ſionem. qua data alij apoſtoli approbaue/
runt eam tanquaꝫ ſuam. nec illa gloſa cum
non ſit magiſtralis eſt auctentica ⌊Obedi
re oportet deo magis q̃ꝫ hominibus⌋ Hoc
eſt per ſe notum cum homines nullam au/
ctoritatem precipiendi habeant niſi a deo a
quo eſt omnis poteſtas ⌊Deus patrum no
ſtrorum⌋ id eſt quem coluerunt patres no/
ſtri ⌊ſuſcitauit Jeſum quem uos intereni/
ſtis⌋ ⁊ ſic non imponimus uobis falſo ſan/
guinem ipſius ⌊hunc principem⌋ eccleſie mi
litantis ⁊ triumphantis ⌊⁊ ſaluatorem⌋ ho
minum ⌊deus exaltauit⌋ ad celeſtia ⌊dexte
ra ſua⌋ id eſt uirtute ſua ſicut declaratum
eſt ſupra capitulo primo ⌊ad dandum peni/
tentiam Jſrael⌋ id eſt ad dandum tempus
penitendi ⌊et remiſſionem⌋ peccatorum ⌊et
nos teſtes ſumus⌋ quia nobis preceptum ē
iſta teſtificari ut patet ſupra capitulo primo
⁊ Luce ultimo. quaſi dicat. ꝓpter hoc opor
tet nos obedire deo ⌊horum uerborum⌋ ſci
licet reſurrectionis. aſcenſionis. ⁊ miſſionis
ſpirituſſancti. ⌊Et ſpirituſſanctus teſtifica
tur iſta qui loquitur in nobis. ⁊ eius uirtu
te fiuut prodigia et ſigna. Sed quoniaꝫ ho
mines in malis obſtinati reſponſioneꝫ ra/
tionabileꝫ non recipiunt. ideo ſubdit ⌊Hec
cum audiſſent principes ſacerdotum diſſeca
bantur⌋ quia reſponſionem eorum non po
terant infringere ⁊ tamen uolebant eos oc
cidere. ⌊Surgens autem⌋ Hic ponitur ſe/
cunda excuſatio per Gamalielis uerba qui
ut dicit gloſa erat diſcipulus apoſtolorum
occultus tamen ut iudeorum peſſima conſi
lia diſſiparet ⌊pharizeus⌋ in hoc ꝙ crede/
bat reſurrectionem ⁊ ſpiritum ⁊ angelum
ſed non ſequendo maliciam phariſeorum ⌊le
gis doctor honorabilis⌋ ⁊ ſic magis habe/
bat auctoritatem loquendi ⌊iuſſit foras ad
breue fieri homines⌋ id eſt apoſtolos ut in
eorum abſentia efficacitior eſſet pro eis ſen
tentia ⌊Uiri iſraelite⌋ qui eſtis in lege ⁊ ꝓ
phetis eruditi ⌊attendite uobis etc̃.⌋ quaſi
dicat Non debetis eos precipitanter con/
demnare ſed facta p̄terita conſiderare. quo
rum duo recitat dicens ⌊Ante enim hos di
es extitit Theodas dicens ſe eſſe aliqueꝫ⌋
ſcilicet magnum prophetam qui ut dicit Jo
ſephus magicis artibus multos de Hieru
ſalem decepit. ⁊ multis facultatib⁹ ex Hie
ruſalem ſublatis duxit eas uſque ad ripas
Jordanis dicens ſe prebere eis tranſitum ꝑ
arentem alueum ⌊qui occiſus eſt ⁊ omnes
⁊c̃.⌋ per milites ad hoc miſſos a Fado pre
ſide Syrie ⌊Poſt hunc extitit Judas gali/
leus in diebus profeſſionis⌋ id eſt tempore
quo ſinguli de Judea ibant ad ciuitatem ſu
am ut ſe eſſe ſubditos profiterentur roma/
norum ut habetur Luce ſecundo ⌊et auertit
populum poſt ſe⌋ affirmans publice ꝙ illi/
citum erat iudeis aliquem dominuꝫ cogno
ſcere niſi ſolum deum qui eduxerat eos de
ſeruitute Egypti. ſed hoc erat falſum. quia
Hieremias qui ſanctus fuit inducebat Ze
dechiam ⁊ alios de populo iudeorum ad ſer
uiendum regi caldeorum. Hiere. xxxviij.

12

Similiter secundo paralip̄. ultimo Zedechias inculpatur de hoc ꝙ fregit iuramentū quod fecerat Nabuchodonosor de seruiendo sibi sub tributo. quod scriptura non fecisset si iuramentum illud fuisset illicitum. Similiter Daniel ⁊ socij eius qui fuerunt sancti humiliter ⁊ fideliter seruierunt Nabuchodonosor regi. Propterea etiam saluator Matthei. xxij. interrogatus si liceret iudeis reddere censum Cesari. Respondit Reddite que sunt cesaris cesari. ⁊ que dei deo. [et ipse perijt ⁊ omnes quotquot consenserunt ei] adherentes eius false doctrine Consequenter applicat ad propositum predicta dicens [Nunc itaque dico uobis discutite ab hominibus istis] id est ab eorum persecutione [quoniam si est ex hominibus consilium hoc] id est si doctrina eorum est humanitus conficta [dissoluetur] sicut ⁊ p̄dictorum [Si uero ex deo est] id est ex ordinatione diuina [non poteritis dissoluere] Nam eius ordinationem nullus potest impedire [ne forte ⁊ deo repugnare uideamini] quasi dicat. cum hoc incurreretis peccatum graue repugnando ordinationi diuine Consenserunt autem] Hic consequenter ponitur excusatorum dimissio cum dicitur [cō senserunt autem] tum quia legis doctor erat honorabilis. tum quia eius persuasio erat rationabilis. licet tamen consenserunt ei de dimissione apostolorum non tamen de modo dimittendi. quia consuluerat simpliciter eos dimitti. ⁊ ipsi prius fuerunt cesi ⁊ prohibiti predicare nomen christi. ideo sequitur [Et conuocantes apostolos cesis denunciauerunt] ꝛc. [⁊ illi quidem ibant gaudentes ꝛc.] ita ꝙ aduersa non solum sustinebant patienter sed etiam gaudenter. in quo consistit excellentissimus fortitudinis gradus. [Omni autem die non cessabant ī templo ⁊ circa domos docentes ꝛc.] i nullo uerbis aut uerberibꝰ territi. sed magis ad predicandum christum fortius animati.

Capitulū. vi.

N diebus illis] Descripta predicatione Petri singulari ⁊ cum aliis apostolis Hic consequenter occasione huius ponitur pars incidentalis. in qua agitur de electione septem diaconorū ne impediretur oratio ⁊ predicatio apostolorum. Et diuiditur ī duas partes. qꝛ ꝑmo ponitur causa ⁊ actꝰ electionis. secundo subditur prosecutio de electis. ibi Stephanus autem. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur electionis causa siue ratio. secundo ipsa electio. ibi Et placuit. Circa primum dicitur [In diebus autem illis crescente numero discipulorum factum est murmur grecorum] Non enim potest regi tanta pace multitudo sicut pauci. eo ꝙ difficile est quī in magna multitudine sint aliqui discoli [aduersus hebreos] omnes erant iudei sed aliqui erant nati in Judea. ⁊ illi dicuntur hic hebrei. ⁊ aliqui in Grecia ex iudeis ibidē per Antiochum dispersis. ⁊ illi dicuntur hic greci. et similiter illi qui de gentilitate erant ad iudaismum conuersi [eo ꝙ despicerentur in ministerio quotidiano uidue eorum] quod exponitur dupliciter. Uno modo quia grece mulieres tanquā magis rudes repellebantur ab hebreis ne ministrarent. Alio modo intelligitur iste despectus in hoc ꝙ grecis uiduis non administrabā tur ita bene necessaria sicut hebreis. [Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum] non bene regibilem per eos in temporalibus absq̄ detrimento in spiritualibus [dixerunt. non ē equum nos derelinq̄re uerbum dei ꝛc.] id est predicationem uerbi diuini. Nam spiritualia sunt temporalibus preponenda. [Considerate ergo fratres uiros ex uobis] quos melius cognoscitis q̄ extraneos. et ipsi melius possunt scire modum regendi multitudinē hanc q̄ extranei [boni testimonij] id est bone fame [septem] Hic numerus competit septenario spiritussancti. ideo subditur [plenos spiritusancto ⁊ sapientia] quantum apparere potest per signa exteriora [quos constituamus super hoc opus] scilicet ad administrationem temporalium. [Nos uero orationi ꝛc.] per quam ascenditur in deū [⁊ ministerio uerbi] per quodˢ fit descensus ad ꝓximum ad modum angelorum in scala Jacob ascendentium ⁊ descendentium. genesis

xxviij. [Et placuit] Hic consequenter ponitur electio cum dicitur [Et placuit sermo coram multitudine] quia rationabilis erat ⁊ utilis. [et elegerunt Stephanum uirum plenum fide] id est fidelitate. propter quod tale negocium poterat sibi secure committi. ⁊ idem intelligendum est de alijs. iste tamen specialiter laudatur tanquam primus martyr futurus [⁊ Nicolaum aduenam] id est de gentilitate conuersum ad iudaismum [antiochum] id ē de Antiochia natum [hos statuerunt ante conspectum apostolorum] scilicet illi qui eos elegerunt [et orantes] scilicet apostoli [imposuerunt eis manus] ipos ordinando in diaconos. unde ⁊ diaconi per impositionem manus ordinantur. [et uerbum domini crescebat] id est effectus predicationis uerbi dei per multiplicationem credentium. [Multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei] propter miracula que fiebant manifeste. occulte tamen erant christiani. sicut etiam Gamaliel eadem ratione [Stephanus autem] Hic consequenter sanctus Lucas prosequitur de electis. et primo de sancto Stephano. secundo de Philippo capitulo octauo. ibi Philippus autem. Prima in duas. quia primo circa Stephanū declaratur uirtutis operatio. secundo consurgens inde persecutio. ibi Tunc submiserunt. Circa primum dicitur [Stephanus autem plenus gratia] ad bene operandum [⁊ fortitudine] ad aduersa tolerandum [faciebat prodigia ⁊ signa magna in populo] ad ueritatem fidei catholice firmandam. [Surrexerunt autem quidam de synagoga que appellabatur libertinorum] a regione sic nominatorum. ut dicit glosa interlinealis [⁊ cirenensium] a Cirene ciuitate. [⁊ alexandrinorum] ab Alexandria metropoli Egypti [⁊ eorum qui erant a Cilicia ⁊ Asia] nomina sunt regionum Judee propinquarum [disputantes cum Stepstano] fidem catholicam uerbis quantum poterant impugnando [⁊ non poterant resistere sapientie ⁊ spiritui qui loquebatur] secundum q̃ promiserat saluator dicens Luce. xxj. Ego dabo uobis os ⁊ sapientiam cui non poterunt resistere ⁊ contradicere omnes aduersarij uestri. [Tunc submiserunt] Hic consequenter ponitur oriens persecutio ut qui ratione uel scriptura Stephano non poterant resistere uiolentia superiores apparerent. Et primo ponitur ipsius Stephani persecutio singularis. secundo ecclesie generalis in principio octaui capituli. Prima adhuc in tres. quia primo ponitur Stephani accusatio falsa. secundo eius responsio uera in principio septimi capituli. tertio lapidatio eius iniusta uersus finem sequentis capituli. ibi Audientes autem. Circa primum dicitur [Tunc submiserunt uiros] id est submisisse informauerunt ⁊ fraudulenter de testimonio contra Stephanum ferendo [qui dicerent se audisse eum dicentem uerba blasphemie in Moysen ⁊ deum] id est contra deum ⁊ moysen. Blasphemus autem in lege precipitur lapidari. Leuit. uigesimoquarto. [Conuenerunt itaque plebem] id est populum communem [⁊ seniores] id est maiores populi [⁊ scribas] id est legis doctores [⁊ concurrentes rapuerunt eum] quasi furia moti ⁊ non ratione [Et statuerunt falsos testes dicentes Homo iste ⁊ cetera] nō nominant eum proprio nomine ex contemptu et superbia [non cessat loqui ⁊ cetera] quasi dicant. non solum est blasphemus sed etiam blasphemijs assuetus [hic destruet locum istum ⁊ mutabit] ⁊ cetera. uidetur q̃ non dixerunt falsum. quia christus dixit de templo Matthei uigesimoquarto. q̃ nō remaneret lapis super lapidem qui non destruetur. ⁊ de mutatione traditionum moysi. Johannis quarto. Ueniet hora in qua nec in monte neque in Hierosolymis adoratis patrem. sed ueri adoratores erunt qui qui adorabunt patrem in spiritu ⁊ ueritate. in quo significabat ipsum corporalem legis cultum in spiritualem cultum commutandum. Ad primum igitur dicendum q̃ Christus non dixit se templum destructurum. sed predixit esse destruendum sicut factum est postea per romanos anno quadragesimosecundo post passionem christi.

Si autem obijciatur q̃ romani non destruxerunt templum nisi in uirtute ipsius dei. et sic Christus cum sit deus destruxit.

non valet . quia testes non loquebantur
de Jesu christo inquantum deus cum eius
diuinitatem negarent 7 purum hominez fu
isse dicerent. 7 sic loquebantur [Jesus naza
renus hic] id est contemptibilis homo. Ad
secundum dicendum similiter q traditiones
illas non dixit se mutaturum. sed q essent
mutande dicto modo. et licet hoc fecerit in
quantuz deus. hoc tamen modo non loque
bantur testes ut dictum est. Sciendum ta
men de hac mutatione q non fuit mutatio
de contrario in contrarium proprie sed de
imperfecto ad perfectum. quia cultus noue
legis est multo perfectior q̄z ueteris sicut
diffuse fuit ostensum ī principio epistole ad
hebreos. propter quod dicitur hebre. septi/
mo Nihil ad perfectum adduxit lex. Qd'
autem sic mutatur non destruitur sed ma/
gis perficitur. quia uirtualiter remanet in
quodam meliori. propter quod dicit salua/
tor Matthei quinto Non ueni legem sol/
uere sed adimplere. [Et intuentes animo e
um] 7 vultu irato [uiderunt faciem eius tā
quaz faciem angeli] ex quadam pulchritu/
dine 7 claritate sibi diuinitus data ad de/
clarationem sue sanctitatis 7 innocentie vt
sic a malicia sua retraherentur uel damna
biles magis redderentur.

Capitulū. vij.

Dixit autem] Hic ponitur accu
sati responsio. Circa quam pri
mo datur respondendi locus cū
dicitur Dixit autem ad principes sacerdo/
tum 7c. Secundo ponitur responsionis ac/
tus cum subditur Qui ait 7 cetera. Cir/
ca primum sciendum q Stephanus fuit ac
cusatus de quattuor scilicet q locutus fue/
rat contra deum. contra Moysen. contra
templum. 7 contra legem ut patet ex predi
ctis. ideo primo excusat se de primo scilicet
de deo. secundo de Moyse. ibi Eodem tem
pore. tercio de templo. ibi Tabernaculum.
Quarto de lege. ibi Dura ceruice. De pri
mo autem excusat se per hoc q ostendit se
colere deum quem coluerunt sancti patres
7 patriarche breuiter replicans eorum hi/
storiam usq̄z ad moysen. Et diuiditur ī du
as partes. quia primo recitatur historia in

cipiendo ab Abraham usque ad Jacob. se/
cundo a Jacob usque ad moysen. ibi Et Ja
cob. Prima adhuc in duas. quia primo reci
tat historiam Abrahe extra pmissionis ter
ram. secnndo intra ipsam. ibi Et inde.
Ad euidentiam dicendorum sunt hic aliqua
prenotanda propter concordiam huius pas
sus ad ea que dicta sunt de Abraham gene
sis vndecimo 7 duodecimo. Primum est de
apparitiōe dei dicentis Abrahe Exi de ter
ra tua 7 cetera. Bis enim uidetur hoc deus
sibi dixisse. semel ante patris sui mortem
Thare. 7 de hoc loquitur hic Stephanus.
Uerūtamen illum exitum non fuit execut9
usque post mortez patris qui senex erat ut
ei obsequium debitum impenderet. et hoc
de uoluntate domini licet non sit expressuz
Et iterum semel post mortem patris. 7 tūc
dedit executiōi. 7 de ista uice fit mentio ge
nesis duodecimo. sicut Johannis. x. dicitur
q christus in die sue resurrectionis dixit
apostol' Sicut me misit pater ita 7 ego mit
to uos scilicet ad predicandum. 7 tamen de
uoluntate eius executio eius erat retardā
da usque post sancti spiritus missionez. vn
de in die ascensionis illud mandatum fuit
replicatum cum tali retardatione. act'. pri/
mo. Accipietis uirtutem spiritussancti uos
7 eritis mihi testes 7 cetera. nec istud repu
gnat ei quod dixi genesis duodecimo. im/
probans ra. sa. dicentez q illud Exi de ter
ra tua 7c. fuit dictum Abrahe per septuagī
ta aunos ante mortem patris sui. 7 q tunc
exiuit. quia non reprobaui eum nisi quan/
tum ad hoc dictuz Exi de terra 7c. ad qd'
secuta est executio ante mortem patris. qd'
est falsum ut dictum ē. Secundū est de loco
apparitionis. Circa quod sciendum q Me
sopotamia est nomen ciuitatis 7 regionis
siue prouincie sicut Babylonia in libris re/
gum 7 paralip. 7 prophetarum aliquando
accipitur pro ciuitate Babylon precise. 7 ali
quando pro tota prouincia. Unde in pluri/
bus locis dicuntur iudei in Babyloniam ca
ptiuati qui tamen fuerunt in diuersis regni
ciuitatibus collocati. Et Samaria accipitur
frequenter pro nomine unius ciuitatis. ut
patet in ualde multis locis. et aliquando p
regione sicut Johannis quarto dicit' Uenit
Jesus in ciuitatē samarie q̄ dr̄ Sicharet. sic

manifeste patet ꝙ Samaria ibi accipitur ꝑ
regione uel prouincia. Similiter Mesopota
mia aliquando accipitur pro ciuitate Aram
precise que hic nominatur Charram. et sic
sunt nomina synonima sicut dictum fuit ge
nesis. xxiiij. Sed Mesopotamia est nomen
grecum dictum a meso quod est medium ⁊
potamos quod est fluuius. quia ciuitas illa
est sita inter duo fumina. vnde genesis. xx
iiij. ubi translatio nostra habet Mesopota
miam. in hebreo habetur in Aram fluuio/
rum. Aram autem est nomen syrum. Ali/
quando uero hoc nomen mesopotamia acci
pitur pro tota prouincia circa dictam ciuita
tem. Abraham uero exiens de Caldea cuz
patre suo Thare prius intrauit Mesopo/
tamiam prout est nomen regionis q̈z pro/
ut est nomen ciuitatis que alio nomine dici
tur Charram. His ergo pmissis exponen
da est littera [Uiri fratres] Hoc dicit quan
tum ad sibi coeuos ⁊ iuniores [et patres]
quantum ad sibi seniores [audite] ueritatez
[deus glorie] id est deus gloriosus quem
colo. et sic non sum blasphemus [apparuit
patri nostro Abraham] prima uice [cum es
set in Mesopotamia] id est intrasset termi
nos Mesopotamie regionis [priusquaz mo
raretur in charraz] cum patre suo [et dixit
ad illum Exi de terra tua] Sed quomodo
hic dicitur quia iam exierat de Caldea in
qua natus fuerat. Nam Mesopotamia et
Caldea prouincie sunt distincte. ideo dicunt
aliqui ꝙ licet exiuisset corpore non tamen
mente quia proponebat illuc redire. Sed
istud dictum improbatur genesis. xij. Et
ideo dicendum sicut ibi dictum fuit ꝙ sicut
ibi dictum fuit ꝙ exire hic dicitur pro ma
gis elongare. ⁊ huic concordat littera he/
braica Genesis. xij. Et ubi nostra transla
tio habet Egredere de terra tua ⁊c̈. in he
breo habetur [vade tibi de terra tua] qua/
si dicat pro utilitate tua [vade] longius [de
terra tua ⁊ cognatione tua] quia Nachor
frater Abrahe remansit in Mesopotamia
[Tunc exiuit] id est longius abijt [de ter
ra caldeorū] de q̈ iam ante exierat ut iam
dictum est [et habitauit in Charram] cum
patre suo usque ad mortem eius supradicta
ex ratione. [Et inde] Hic consequanter re
citatur breuiter historia Abrahe in terra ꝓ

missionis dicens [Et inde postquaz pater
eius mortuus est transtulit illum] reiteran
do preceptum illlud Exi de terra tua secū
dum ꝙ dictum est supra genesis. xxij. Ali/
qui tamen dicunt ꝙ illud quod hic dicitur
Exi de terra ⁊c̈. dicitur per anticipationē
⁊ ꝙ solum dictum fuit ei semel pꝰ mortem
pr̄is. sed melius concordat littere ꝙ bis ut
dictum est. [Et non dedit illi hereditatem
in ea ⁊c̈. sed habitanit in terra Chanaan.
sicut aduena ⁊ peregrinus. quod nec est ꝯ̈
illud qud habetur Genesis. xxiij. ꝙ emit
agrum ab Ephron etheo. quia hoc non fu
it ad habitandum uel colendum sed pro se/
pultura Sare [sed repromisit dare ei eam
et semini eius] genesis. xij. Omnem terrā
quam conspicis tibi dabo ⁊ semini tuo [cuz
non haberet filium] Nondum enim natus
erat Isaac nec etiam Ismael ut patet gene/
sis decimosexto. [Locutus est autem ei de/
us] genesis. xv. [quia erit semen eius acco/
la in terra aliena] scilicet in terra chanan
⁊ in Egypto [⁊ seruituti eos subijcient et
male tractabunt] affligentes eos nimis du
ra seruitute post mortem Joseph. ut habe/
tur Exodi primo. [annis quadringentis]
Isti quadringenti anni sunt incipiēdi a na
tiuitate Isaac usqꝫ ad exitum filiorum Isra
hel de Egypto sicut diffuse ostensum fuit
genesis. xv. Et potest hic breuiter aliquid
repeti. A natiuitate enim Isaac usqꝫ ad na
tiuitatem Jacob fluxerunt anni quadragī
ta. genesis. xxv. Jacob autem erat anno/
rum centum triginta quando descendit in
Egyptum cum filijs suis. genesis. xlvij. In
de usqꝫ ad exitum de Egypto fluxerunt
anni centum uiginti secundum hebreos. q/
bus simul iunctis habentur anni quadrin/
genti precise in quibus semen Abrahe acco
la fuit in terra aliena. Et sic patet ꝙ non
fuerunt in afflictione quadringentis annis
sed per partem minorem illius temporis. ⁊
ideo ly quadringentis annis non refertur
ad illud quod immediate premittitur. ⁊ af/
fligent eos. nisi per synodochen. scilicet ac/
cipiendo partem pro toto. sicut dicitur chri
stus iacuisse tribus diebus in sepulchro. sꝫ
proprie refertur ad illud quod ante poni/
tur Erit semen eius accola in terra aliena
quia tot annis habitauit semen Abrahe in

14

terra aliena ut predictum est.[Et post hoc exibunt] sub moyse duce. exodi. xij. [⁊ seruient mihi in loco isto] quod fuit impletum tempore Josue sub quo populus Jsrael intrauit in terram promissionis [⁊ dedit illi testamentū circumcisionis] Genesis. xviij. [Et Jacob] Hic consequenter recitat historiam a tempore Jacob usq; ad moysen. ⁊ primo recitat historiam temporis seruitutem precedentis. secundo subsequentis. ibi Cum autem. Circa primum dicitur [Et Jacob] supple circumcidit [duodecim patriarchas] filios suos. qui dicuntur patriarche. id est patres principales. a pater et archos quod est princeps. quia ab ipsis denominantur duodecim tribus Jsrael [⁊ patriarche emulantes Joseph] id est inuidentes ei. genesis xxxvij. [vendiderunt eum in Egypto] eodem capitulo. [⁊ erat deus cum eo ⁊ eripuit etc̃.] primo de manibus fratrum uolentium eum occidere. Secundo de cysterna ubi posuerunt eum moriturum fame. Tercio de carcere regis Egypti ubi posuit eum magister milicie. Geñ. quadragesimoprimo. [⁊ dedit ei gratiam ⁊ sapientiam in conspectu Pharaonis] ad exponendum eius somnium de futura felicitate ⁊ sterilitate terre. [Uenit autem fames ⁊ cetera.] Genesis. xlij. [Misit patres nostros] id est filios suos [primum] id est prima uice [⁊ in secundo] id est in secunda missione [cognitus nõ est Joseph a fratribus suis ⁊c̃.] Genesis. xlij [Mittens autem Joseph accersiuit Jacob patrem suum] in eodem capitulo [in animabus. lxxv.] Exodi primo. Genesis tamen xlij. dicitur Omnes anime domus Jacob q̄ ingresse Egyptum fuere. lxx. sed ibi numerantur tantum persone egresse de Jacob actu nate. Hic autem exodi primo numerantur cuз illis quinq; nepotes Joseph eo q̧ pertinebant ad populum Jsrael. propter quod septuaginta interpretes Genesis. xlvj. posuerūt septuagintaquinq; quaз interpretationem sequitur hic sanctus Lucas. [Et descendit in Egyptum] Hic consequenter recitat descensum in egyptuз dicens [Et descendit Jacob in Egyptum et defunctus est] genesis. xlix. [⁊ patres nostri] scilicet duodecim patriarche. de morte uero Joseph habetur genesis ultimo. ⁊ de morte aliorum Exodi primo. [Et translati sunt in Sichem ⁊c̃.] Hec littera uidetᷣ multum intricata ⁊ discrepare ab eo quod habetur genesis. xxiij. de spelunca quaз emit Abraham. ⁊ genesis. xxxiij. de agro queз emit Jacob a filijs Emor. Propter quod ad intellectuз huius passus sciendum q̧ Abraham emit illam speluncam ab Ephron etheo. ⁊ Jacob illum agrum a filijs Emor patris Sichem ut patet in textu. Jn spelunca uero ab Abraham empta fuit Jacob sepultus illic portatus de Egypto. Genesis ultimo. Jn agro uero quem emit Jacob et queз dedit Joseph filio suo ut habetur genesis. xlviij. sepulta fuerunt ossa Joseph illuc apportata de Egypto ut habetur iosue vltimo. De alijs uero patriarchis non habetur de scriptura satis ubi sint sepulta. sз Hieronymus dicit de sancta Paula q̧ ipsa pertransiuit usq; ad Sichem ⁊ uidit ibi sepulchra duodecim patriarcharum. Josephus uero secundo secundo libro dicit q̧ fratres Joseph mortui in Egypto a posteris suis fuerunt translati in Ebron ⁊ ibidem sepulti. ⁊ in hoc magis uidetur credendum dicto Joseph q̃з Hieronymi. quia longo tempore fuit ante Hieronymū. ⁊ quia natus fuit in Judea ⁊ certius cognouit omnia Judee loca. His ergo premissis sciendum q̧ sanctus Lucas hic simul recitat duas historias intricate. Et exponatur littera sic [⁊ translati sunt Sichem ⁊ positi sunt in sepulchro qdᷣ emit Abraham] scilicet partim hic ⁊ partim ibi. quia de ioseph certum est q̧ sepultus fuit in Sichem in speluncam Abrahe ut predictum est. De Jacob uero certum est q̧ sepultus fuit in Ebron. De alijs patriarchis dubium est utruз hic uel ibi sint sepulti. lз mihi probabilius uideatur q̧ in Ebron sicut dictum est [A filijs Emor] istud non cõiungitur littere immediate precedenti sз antecedenti ubi dicitur [⁊ translati sunt in Sichem] supple emptam [a filijs Emor] p ip̄m iacob ut predictum est. Et sic exponit scholastica historia. Sed huic expositioni uidetur obuiare quod sequitur Filij Sichem. qr genesis capitulo. xxiiij. dicitur q̧ iacob emit partem agri a filijs Emor patris Sichem. et sic Emor non fuit filius Sichem sed pater eius. Sequendo tamen exposi-

tionem istam potest faciliter responderi ꝙ
idem homo frequenter habet patrem ⁊ fi-
lium eiusdem nominis. sicut dominus Ca-
rolus comes Ualesij bone memorie habuit
patrem regem Francie nomine Philippuȝ
⁊ filium eiusdem nominis. et sic potest dici
de isto Emor ꝙ habuit patrem nomīe Si-
chem de quo fit hic mentio cum dicitur A
filijs Emor filij Sichem. et filium eiusdem
nominis. de quo dicitur genesis. xxxiij. A
filijs Emor patris Sichem. Sed quia ex-
positio dicta uidetur multum intricata. et
quia littera uidetur pretendere ꝙ Abrahaȝ
emit precio argenti a filijs Emor Scien-
dum ꝙ ideo posset dici sine tamen preiudi
cio ꝙ ille Emor de quo hic Lucas loquitur
fuit idem cum patre Seor patre Ephron. ⁊
fuit binomius sicut in scriptura multi legū
tur binomij. sic Abraham emit a filijs E-
mor. quia ab Ephron emit de filijs eius. ⁊
iste Emor alio nomine dictus Seor habu-
it patrem nomine Sichem. Jlle autem E-
mor de quo fit mentio genesis. xxxiij. ha-
buit filium nomine Sichem. nec est incon-
ueniens si ponantur eadem nomina diuer-
sorum hominum hic ⁊ ibi. quia frequenter
homines diuersorum locorum ⁊ temporum
in nominibus cōueniunt. Et secundum hac
expositionem littera planior uidetur. Scien
dum etiam ꝙ Sichem hic dupliciter accipi
tur. Uno modo prout est nomen ciuitatis
cum dicitur Translati sunt in sichem. Alio
modo prout est proprium nomen hominis
cum dicitur Filij sichem. [Cum autem]
Hic consequenter recitatur historia pro tē
pore seruitutis filiorum israel in Egypto.
Et primo ponitur huius seruitutis occasio
cum dicitur [Cum autem appropinquaret
tempus promissionis quaȝ professus fuerat
deus Abrahe] promittens ei ꝙ semen eius
seruiret ei in terra iudee. genesis. xv. Cre
uit populus et multiplicatus est in Egy-
pto] Exodi primo. Et hec multiplicatio mo
uit regem Egypti ad affligendum popu-
lum Jsrael ut minus possent uacare gene-
rationi ⁊ multiplicari. ut habetur ibidem.
[quoadusque rex alius surrexit ī egypto]
Dicit enim Josephus ꝙ regnum tunc trās
latum erat ad aliam domum [qui non sci-
ebat Joseph. id est beneficia que fecerat Jo

seph regno Egypti [qui circumueniēs] id
est fraudulenter opprimens [genus nostrū]
primo subijciens duris laboribus. sed quia
per hoc non fuit impedita populi multipli-
catio ideo ipse precepit obstetricibus ut in
partu hebrearum necarent masculos. Sed
quia non fecerunt hoc deum timentes pre-
cepit ut masculi nati in flumen proijceren-
tur. Exodi primo. Et hoc est quod dicit
[ut exponerent infantes] ⁊ cetera [Eodem
tempore] Hic consequenter Stephanus se
excusat de blasphemia contra moysen ostē
dens eum populi fuisse liberatorem. Et p̄-
mo ponitur ad hanc liberationem Moysi
dispositio. secundo ipsa liberatio. ibi Cum
autem. Circa primum dicitur [Eodem tē
pore natus est Moyses ⁊ fuit gratus deo]
quod apparet ex hoc ꝙ deus seruauit euȝ
ne periret cum alijs pueris in flumine [q
nutritus est tribus mensibus in domo pa-
tris sui] vi'it eum elegantem puerum. et
ideo quantum potuit seruauit eum quous-
qȝ apparebat periculum mortis non solum
pueri sed etiam parentum occasione eius. et
tunc eum commendauit protectioni diuine
ponens eum in flumine inclusum tamen in
uasculo uitreo pice linito. [Exposito auteȝ
illo in flumine] modo dicto [sustulit eum
filia pharaonis ⁊ nutriuit eum] id est nu-
triri fecit sibi in filium. quia adoptauit euȝ
Et hec omnia habentur Exodi secundo.
ubi diffusius ea exposui. [Et eruditus est
moyses in omni sapientia egyptiorum] que
sic nominatur. quia primo uiguit humane
sapientie studium in Egypto. ut habetur p̄
mo metaphysice. [Et erat potens in uer-
bis ⁊ operibus suis] ex quo patet eius dis-
positio ad liberandum populum de egypto
[Cum autem impleretur] Hic consequen-
ter describitur ipsa liberatio. ⁊ primo figu
ralis. secundo realis. ibi Expletis. Circa
primum dicitur [Cum autem impleretur
eius tempus quadraginta annorum] quod
est tempus uirilis etatis [ascendit in cor ei
us] deo instigante [ut uisitaret fratres su
os filios Jsrael] qui erant in dura seruitu-
te [et cum uidisset quendam] hebreum [in
iuriam patientem] ab egyptio [vindicauit
eum] egyptum talem interficiendo. Et sub
ditur ratio huius cum dicitur [Estimabat

autem intelligere fratres] id est hebreos
[quomodo deus per manum ipsius daret
salutem illis] Jam enim dominus inspira/
uerat Moysi ꝙ liberaturus erat populum
per ipsum de seruitute Egypti. Et sic iam
erat constitutus a deo tutor ⁊ defensor po
puli. propter quod non peccauit uindictam
illam faciendo. Et illa liberatio particula/
ris fuit signum ⁊ figura liberationis gene
ralis totius populi fienda per manum mo/
ysi. [Sed illi non intellexerunt] quod de/
clarat per factum sequens cum dicitur [Se
quenti uero die apparuit illis litigantibus]
id est duobus hebreis ad inuicem rixanti/
bus. Exo. secundo. [Et reconciliabat eos]
uolens eos reducere ad pacem ⁊ amicitiam
[qui autem iniuriam faciebat] increpatus
super hoc [repulit eum] id est eius moniti/
onem ⁊ increpationem dicens [Quis con/
stituit te principem ⁊c.] quasi dicat. tu usur
pas tibi indebitam potestatem. Ex quo pa
tet ꝙ ille non intellexit ꝙ moyses esset cõ
stitutus a deo tutor ⁊ liberator populi. Et
quia iniurians habebat aliquos sibi fauen
tes ⁊ idem sentientes. ideo supra dixit plu
raliter ⁊ illi non intellexerunt. [Nunquid
interficere tu me uis ⁊c.] illud quod erat se
cretum publicauit intantum ꝙ uenit ad au
res Pharaonis ⁊ querebat occidere moy/
sen. Exodi secundo. ideo subditur [Fugit
autem moyses in uerbo isto] id est propter
publicationem huius facti ne occideretur.
[vbi generauit duos filios] Manassen ⁊ ef
fraim de sephora uxore sua. Exo. secundo
[Expletis] Hic consequenter describitur
moysi legatio. secundo legationis impletio
ibi Hic eduxit. Prima adhuc in duas. q̄a
primo sanctus Lucas facit propositum. secũ
do infert quoddam correlarium. ibi Hunc
moysen. Circa primum primo describitur
tempus legationis cum dicitur [Expletis
annis quadraginta] a fuga moysi de Egy
pto [apparuit ei in deserto montis syna an
gelus] Exo. tercio dicitur ꝙ apparuit illi
deus. Dicendum ꝙ secundum ueritatem fu
it angelus ut hic dicitur. Sed quia perso/
naʒ dei representabat ⁊ in eius persona lo
quebatur. ideo aliquando deus aliquando
angelus nominatur ut dicit Gregorius [in
igne flamme rubi] Angeli enim apparent
hominibus in corporibus formatis. et quia
tales apparitiones sunt ad aliquid signifi/
candum ideo formantur secundum conueni
entiam ad id quod est significandum. Per
ignem frequenter in sacra scriptura signi/
ficatur tribulatio purgans. Eccl'. secundo.
Jn igne probatur aurum ⁊ argentuʒ ⁊ ho
mines receptibiles in camino humiliatio/
nis. propter quod angelus apparuit in spe
cie ignis ardentis sed non comburentis ad
significandum ꝙ populus Jsrael in tribula
tione egypti non consumeretur sed purga
retur ⁊ purgatus liberaretur. [Moyses
autem uidens ammiratus est] ꝙ ignis ar/
dens non comburebat rubum qui de faci/
li est combustibilis [et accedente illo ut con
sideraret] magis de prope [facta ē uox do
mini] id est angeli loquentis in persona do
mini [Ego sum deus patrum uestrorum]
qui coluerunt me ceteris gentibus ad ido/
latriam declinantibus [Tremefact⁹ est mo
yses] propter diuinam reuerentiam [Sol/
ue calciamenta pedum tuorum] Modus e/
nim erat antiquorum et specialiter hebre
orum non ingredi loca sancta pedibus cal/
ciatis. vnde ⁊ saraceni adhuc tenent hunc
modum. quia non ingrediuntur locum di/
uini cultus nisi discalciatis pedibus ut a fi/
de dignis intellexi [Locus enim in quo stas
terra sancta est] propter apparitionem di/
uinam ibidem factam modo dicto. [Uidens
uidi afflictionem populi mei] oculo pietatis
et cum effectu miserationis. Jdeo sequitur
[Et descendi liberare eos] deo autem de/
scendere non competit nisi per affectum mi
serationis. sed angelo qui loquebatur bene
competit descendere ⁊ ascendere secundum
motum localem eo modo quo motus loca/
lis competat angelis. [Et nunc ueni] pro
mpte obediendo mihi [⁊ mittam te in E/
gyptum] ad liberandum populum. Sic pa/
tet legatio iniuncta moysi. [Hunc Moy/
sen] Hic Stephanus contra iudeos refert
correlarium de rebellione eorum sic dicens
[Hunc Moysen quem negauerunt etc̃.] si
cut predictum est. ille qui hoc uerbum di/
xit habebat complices qui idem dixerunt
uerbo uel saltem facto propter hoc quod
dicitur hic in plurali [dicentes quia te con
stituit principem] et cetera. [Hunc deus

principem ⁊ redemptorem misit] quia tamē
non erat principalis in hoc facto sed ange/
lus apparens in persona dei. ideo subdi/
ditur [Cum manu angeli et cetera.] id est
cum potestate ipsius. ⁊ sic Moyses erat illi
tanquaꝫ minister adiunctus. Per hanc au/
tem rebellionem contra Moysen intendit
Stephanus uocare iudeos de rebellione ꝯ
christum liberatoreꝫ totius mundi de serui
tute diaboli. ut exprimitur infra eodem ca
pitulo ubi dicitur Et occiderunt eos qui p̄
nunciabant de aduentu iusti cuius uos nūc
proditores ⁊ homicide fuistis. [Hic eduxit]
Hic consequenter describitur impletio le/
gationis iniuncte moysi. Et diuiditur ī du
as partes. quia primo facit propositum. se/
cundo infertur correlarium. ibi Cui uolue/
runt. Circa primum dicitur [hic eduxit il
los] sicut erat sibi iniunctum [faciens pro/
digia ⁊ signa in terra egypti] sicut patet a
principio .v. Exo. usque ad finem. xij. [Et
in mari rubro] ut habetur Exo. decimoqr̄
to. [et in deserto] ut patet in libris Leuit.
Numeri. ⁊ Deuteronomij. [Hic moyses]
cui uos credere dicitis ⁊ debetis [qui dixit
filijs Israel] deuteronomij. xviij. [Prophe
tam uobis suscitubit deus de uestris fratri
bus] quod principaliter intelligitur de chri
sto ut ibidem dictum fuit. qui descendit se/
cundum carnem de iudeis. tanquaꝫ meipsuꝫ
audietis] id est legislatorem noui testamen
to sicut ego sum ueteris. Sciendum tamen
ꝙ christus non dicitur propheta quantum
ad cognitionem euangelicam. nam ab in/
stanti conceptionis anima christi habuit cla
ritatem diuine uisionis. sed pro tanto dici/
tur propheta fuisse inquantuꝫ propheta di
citur ille qui annunciat remota a cognitio
ne illorum cum quibus habitat. Christꝰ au
tem ante suam passionem fuit uiator habi/
tans cum hominibus. Johannis primo. ⁊ de
nunciabat transcendentia capacitatem intel
lectus humani. sicut dicitur propheta Luc̄.
septimo. Propheta magnus surrexit in no
bis ⁊c̄. [hic est qui fuit in ecclesia] id est in
cognitione hebreorum [cum angelo] qui lo
quebatur in monte Syna dans ei leges et
mandata. ut patet Exo decimonono. ⁊ de/
inceps quasi per totum [⁊ cum patribus ue
stris] quantum ad decem precepta decalogi
que dedit audiente populo. Exodi. xx. [qui

accepit uerba uite dare uobis] Dicunt̄ au
tem illa precepta uerba uite non quia con/
ferunt uitam gratie iustificantem. secunduꝫ
ꝙ dicitur Ro. Non iustificatur homo ex o
peribus legis iusticia que facit dignum ui/
ta eterna. licet iustificarent iusticia politica
sicut dictum fuit super epistolam ad roma/
nos ⁊ gala. Sed dicuntur uerba uite. quia
seruantes ea non incurrebant penam mor
tis corporalis que transgressoribus inflige
batur sicut supra dictum fuit ad gala. tercio
super illud Faciens ea uiuet in eis. [Cui
uoluerunt] Hic ex dictis infert correlariuꝫ
de rebellione iudeorum contra Moysen et
deum dicens [Cui noluerunt obedire pa/
tres nostri] sicut patet in multis locis Ex
odi ⁊ Numeri. [⁊ auersi sunt cordibus suis
in Egyptum] ostendentes displicentiam ꝙ
inde exierant [dicentes moysi] Exo. xiiij.
Quid hic facere uoluisti ut educeres nos de
egypto ⁊ cetera. ⁊ in pluribus alijs locis si
mile habetur. Et non solum ostenderunt
hanc displicentiam exitus sed etiam uolun
tatem reuertendi dicentes Numeri. xiiij.
Constituamus nobis ducem ⁊ reuertamur
in Egyptum. Consequenter ostendit eos
rebelles fuisse non solum moysi sed etiam
deo cum dicitur [dicentes ad Aaron] Exo
di. xxij. [Fac nobis deos qui p̄cedant nos]
In hoc enim rebellabant deo qui eos edu/
xerat de Egypto. ⁊ etiam moysi eius mi/
nistro cum subditur. [Moyses enim hic]
⁊c̄. [Et uitulum fecerunt] quia Aaron ad
faciendum coegerunt ⁊ aurum ei ministra/
uerunt. [Et obtulerunt hostiam simula/
cro] que debebat offerri soli deo. [Con/
uertit autem eos deus ⁊ tradidit] id est cō
uerti ⁊ tradi permisit demonibus propter
suam maliciam. [Seruite milicie celi] Hoc
non legitur esse factum tempore quo filij
Israel fuerunt in deserto. sed postquaꝫ in/
trauerunt terram promissionis eorum hoc
multociens ⁊ multipliciter fecerunt. ut pa/
tet in libris iudicum ⁊ regum. ⁊ specialiter
in quarto ⁊ secundo paralip̄. [Sicut scrip/
tum est in libro prophetarum] scilicet. xij.
qui est unus liber ut declaratum fuit ibi/
dem [Nunquid uictimas] etc̄. Hoc scribi/
tur Amos quinto. ⁊ refert̄ prima pars hu
ius auctoritatis ad tempꝰ quo fuerunt fi/
lij isrl̄ in deserto ut pꝫ manifeste. non tn̄ p

hoc intelligendum est q̄ filij Israel nullas uictimas aut hostias obtulerunt deo in deserto. quia Leuit. nono dicitur expresse q̄ i consecratione Aaron ꝛ filiorum eius plures hostie fuerunt deo oblate. ꝛ similiter in dedicatione tabernaculi. ut habetur Numeri septimo. Sed ideo dicitur quia pauce uictime fuerunt tunc oblate. Unde dicit ra. sa. super illud Numeri. ix. Fecerunt filij israel pasche ꝛc̄ q̄ toto tempore quo in deserto fuerunt non fecerūt pasche nisi illud tantum cum tamen erat solennitas principalis ꝛ preceptum erat. xij. Exo. ipsum quolibet anno fieri. Et ideo si fuit sic omissa in illis quadraginta annis. multo magis sacrificia que precipiebantur fieri in solemnitatibus et in diebus minus solemnibus. Fuit enim cū populo super hoc dispensatum a deo propter incertitudinem nubis. sicut ꝛ de circumcisione que genesis. xviij. precipitur fieri octauo die. ꝛ tamen omissa fuit q̄diu populus fuit in deserto ut patet Josue quinto. [et suscepistis tabernaculuꝫ Moloth ꝛc̄] Istud refertur ad tempus iudicum ꝛ regum. ut ostensum fuit Amos. v. et pendet in fine huius auctoritatis [ꝛ sidus dei uestri rēpham] id est luciferum siue stellam matutinam. ut dicit glosa que pre ceteris stellis a pluribus adorabatur propter eius pulchritudinem [figuras] id est imagines diuersas [quas fecistis uobis adorare eas] id est ad adorandū eas [ꝛ transferam uos in Babylonem] propter illud peccatum ꝛ transgressionem. Ex quo patet q̄ idolatria de qua loquitur hic Amos propheta fuit causa captiuitatis iudeorum de terra sua. Et hec fuit perpetrata post ingressum huius terre ꝛ maxime temporibus regum. Amos quinto dicitur Migrare uos faciam trans Damascum. id est ultra Damascum vel longius a terra uestra q̄3 sit Damascus. Babylon autem plus distat a Judea. Nam Damascus est prope terminum Judee. Uel Stephanus posuit in Babylonem. quia iudei duarum tribuuꝫ fuerunt translati in Babylonem. ut patꝫ. iiij regum ultimo. Judei uero decem tribuum fuerunt translati in terram assyriorum. iiij regum. xviij. et transitus ad illam est per Damascum. Et ideo ad exprimenduꝫ utrā q̄3 captiuitatem que inducta fuit ꝑpter idolatriam Amos scripsit ultra Damascum.

Stephanus autem eodem spiritu loquens dixit in Babylonem. [Tabarnaculum] Consequenter Stephanus se excusat de blasphemia contra templum confitens illud ordinatione diuina fuisse factum. ꝛ primo loquitur de tabernaculo Moysi ad cuius similitudinem quantum ad aliqua templum postea fuit factum. Dicit ergo [Tabernaculum testimonij fuit cum patribus nostris in deserto sicut disposuit] scilicet deus prout patꝫ exodi. xxv. [quod ꝛ induxerunt suscipientes patres nostri cum Jesu] id est cū Josue qui erat dux populi [in possessioneꝫ gentium] .i. in terra terram chananeorum [quas expulit de9] illud enim fuit magis factum uirtute diuina q̄3 humana [vsq̄3 in diebus David] supple fuit illud tabernaculuꝫ in terra illa. Nam primo positum fuit i Sylo ut habet̄ Josue. xviij. ꝛ inde postea trāslatum in terram philistinorum. primo reg. quinto. ꝛ inde reductum in terram israel. primo regum. vj. ꝛ inde pluries translatū de loco ad locum propter guerras [usq̄3 in diebus David] qui transtulit in Hierusalem archam domini uolens ei edificare templum. ut habetur secundo regum septimo. Sed dominus abstulit edificationem templi vsq̄3 ad tempus salomonis filij sui. ideo dicitur [qui inuenit gratiam] ꝛ patet littera usque ibi [sed non excelsus in manufactis habitat] quia est incomprehensibilis ꝛ nature spiritualis. Hoc autem addit beatus Stephanus ad remouendū errorem aliquorum iudeorum existimantium q̄ deus habitaret in templo sicut homo i sua domo ex hoc q̄ propoitionatorium quod erat in tēplo dei sedes dicebatur. sicut dixi plenius exo. xxv. ꝛ ad propositum inducitur auctoritas Esaie. lxviij. [Celum mihi sedes est] Hec est locutio metaphorica ad designandum deum esse presentem ubiq̄3 in celo ꝛ i terra. Sibi eniꝫ non competunt corporis lineamenta. ideo subditur [quam domum edificabitis mihi] scilicet ad habitandum modo predicto. quasi dicat nullam. sed tamen ad hoc ut ibi fiat oblatio deo orationum ꝛ sacrificiorum. ut dixit Salomon tercio regū octauo [aut quis loc9 requietionis mee] quasi dicat nullus alius a me. quia deus requiescit in seipso. quia per seipsum est beatus. [Dura ceruice] Hic ꝯsequent̄ excusat

se Stephanus de blasphemia contra legem confitendo eam sanctam ⁊ a deo datam et retorquendo in suos aduersarios blasphe/miam eo ꝙ eam multipliciter uiolabant. et hoc est quod dicit [dura ceruice] id est ob stinata mente [⁊ incircumcisi cordibus] a ui cijs ⁊ sordibus [et auribus] a blasphemijs ⁊ detractionibus [uos semper spiritui san/cto resistitis] loquenti in Moysi ⁊ prophe tis [sicut patres uestri] ut patet ex predi/ctis. [quem prophetarum non ꝑsecuti sunt patres uestri] quasi dicat. valde pauci sunt [⁊ occiderunt eos] scilicet prophetas ut pa tet de Zacharia filio Joiade. secundo para lip̄. xxiiij. ⁊ Esaia ut dictum fuit in princi/pio Esa. ⁊ Amos ut dicit Hieronymus in prologo ⁊ in multis alijs locis [qui pronun ciabant de aduentu iusti] .i. christi qui di/citur iustum anthonomatice. vnde dicit ra. sa. ꝙ vniuerse prophete non sunt locuti ni si ad dies Messie scilicet principaliter [cu/ius uos nunc proditores] cum Juda tractan do [⁊ homicide fuistis] eius crucifixionem procurando [qui accepistis legem in dispo/sitione angelorum] quia data fuit per an/gelum in persona dei loquentem. ut predi/ctum est [et non custodistis] quia irritum fecerant mandatuꝫ dei propter traditiones suas. Matthei. xv. capitulo. [Adueniens au tem] Hic ultimo ponitur ipsius Stephani lapidatio iniusta. et secundo eius patientia perfecta. ibi Et lapidabant. Circa primū dicitur [Audientes autem hec dissecaban/tur cordibus suis] quia non habebant ra/tionem interficiendi eum ⁊ tamen omnibus modis interficere uolebant . et sic disseca/bantur interius. quia passio preualens dis crepat a ratione [⁊ stridebant dentibus su is] sicut canes rabidi. [Cum autem esset plenus spiritusancto] Hec enim plenitudo fuit augmentata in martyrio quod est a/ctus charitatis perfecte [intendens in celū] vbi fiduciam suam collocauerat [uidit glo/riam dei] ad confirmationem suam ex gra tia speciali [et Jesum stantem] hoc dicit ad affirmandam eius resurrectioneꝫ. Et quia tales uisiones fiunt secundum conuenienti/am eius quod significatur ut predictum est ideo Stephanus uidit Jesum stantem ad de signandum ꝙ erat paratus ad roboratio/nem. quia stare proprium est adiuuantis in prelio. Sedere uero proprium est iudicantis uel regnantis. Propter hoc Marci ultimo ubi describitur regnum christi dicitur sede re a dextris dei [Ecce uideo celos apertos] De conditione huius uisionis plenius dice tur in fine huiꝰ capituli. [Exclamantes au tem uoce magna] ne audirentur Stephani uerba [continuerunt aures suas] ac si es/sent blasphematoria [⁊ impetum fecerunt] non ratione sed furia moti [⁊ eijcientes e/um extra ciuitatem lapidabant] tanq̄ꝫ blas phemum [⁊ testes deposuerunt vestimenta sua] ut expeditius ⁊ celerius eum interfice rent. [Et lapidabant] Hic cōsequenter po nitur beati Stephani perfecta patientia. et primo ex eius intentione ad deum. ibi In/uocantem ⁊ dicentem Domine Jesu suscipe spiritum meum. Secundo ex eius benigna condescensione ad proximum actu interfici entem ipsum cum dicitur [positis genibus] ut in orando modus esset deuotus [clama/uit uoce magna] quia procedebat ex affe/ctu magno ad proximorum salutem [Ne statuas illis hoc peccatum] reseruando eis penam eternam sed da eis penitentiam. In aliquibus libris subdit̄ Quia nesciunt q̄d faciunt. sed non est de textu. nec est in li/bris correctis. Isti enīꝫ saltim pro parte ma gna magis fuerunt moti passione q̄ꝫ igno rantia. Ignorantia autem multorum causa/ta fuit ex precedente malicia. scilicet ex o/dio ⁊ inuidia contra christum ut dictum est supra capitulo tercio. [Et cum hoc dixissꝫ] ex feruore charitatis secundum dictum sal uatoris Matthei quinto Orate pro perse/quentibus ⁊ calumniantibus uos. [obdormi uit in domino] nam eius anima sanctissima absorpta fuit in abysso superne claritatis. Circa predicta dubitatur utrum uisio bea/ti Stephani premissa fuerit mentalis aut imaginaria uel corporalis. Et dicunt aliqui ꝙ fuit tantum mentalis. ita ꝙ ex speciali gratia fuit concessum Stephano uidere nō solum humanitatem Christi sed etiam diui nitatem sicut ⁊ Paulo. de quo dicit beatus Augustinus ad Paulinam de uidendo deo ꝙ sibi fuit concessum uidere diuinam essen tiam eo ꝙ erat doctor gentium. et Moysi q̄ fuit doctor iudeoruꝫ. ⁊ hoc uidetur dicere

17

quedam glosa super locum illum que talis
est Quidam electorū adhuc in hac uita de
tenti mundato cordis oculo uidere merue/
runt gloriam dei vt hic Stephanus ⁊ Pau
lus ad tercium celum raptus. Sed hoc di/
ctum non uidetur bene consonare dictis sā
ctorum ⁊ doctorum qui concorditer dicunt
ꝙ talis uisio non est concessa alicui in uita
presenti utenti sensibus exterioribꝰ nisi ho/
mini christo. Unde et Paulus non dicitur
deum sic uidisse nisi in raptu ab istis sensi
sibus. Stephanus autem uidetur tunc non
fuisse raptus sed magis utens sensibus. vt
pote loquens iudeis audientibus. propter
quod alij dicunt ꝙ fuit uisio imaginaria.
ita ꝙ in eius imaginatione fuerunt effigi/
es diuinitus formate ad representandum de
um ⁊ hominem christum. sicut Esaie sexto
Esaias uidit dominum sedentem super so/
lium excelsum ⁊ seraphin stantia ex utra/
q; parte. sicut ibidem fuit plenius declara/
tum. et mente cognouit Stephanus signa
tum illius representationis. et sic quantum
ad hoc non solum fuit imaginaria sed etiā
cum hoc mentalis sicut fiebat prophetis ut
plenius dictum fuit in libro psalmorum. et
non est dubium quī illo modo potuit fieri.
Sed ex modo loquendi scripture uidetur
ꝙ fuerit corporalis. quia dicitur in textu
Cum esset Stephanus plenus spiritu san/
cto intendens in celum uidit gloriam dei ⁊
cetera. Circa quod aliqui dixerunt ꝙ ui/
sus Stephani a deo fuit fortificatus intan/
tum ꝙ uidit Jesum scilicet existentem in ce
lo empireo celos acutie uisus penetrando.
Sed hoc non uidetur bene dictū. quia sup
ponere uidetur ꝙ uisus fiat extra mitten/
do ab oculo ⁊ non intus suscipiendo ab ocu
lo. quod improbat philosophus libro de sē
su ⁊ sensato. Propter quod sine preiudicio
uidetur probabilius dicendum ꝙ a corpore
christi existentis in celo fuit immutatus o/
culus Stephani ad uisionem humanitatis
Christi. nam in potestate eius est ꝙ corpus
suum sic uideatur a longe sicut de prope. et
forte idē est de alio corpore glorioso. quia
totaliter est anime subiectum. Propter qđ
uidetur ꝙ ad nutum eius possit immutare
uisum indifferenter a longe ⁊ prope. sicut
in potestate eius est ꝙ immutet uisum in

propria aut alia effigie sicut dicitur de cor/
pore Christi glorioso. Luce ultimo. Deita
tem uero non potuit uidere isto modo. sed
sicut in uisione imaginaria formatur in uir
tute imaginatiua aliqua effigies ad repre
sentandum deum ut dictum est ita exteri/
us potest diuinitus formari ad immutatio/
nem corporalis oculi. sicut suo modo fit in
apparitione angelorum quando apparent
in corporibus assumptisque corporaliter ui
dentur. ita aliqua effigies corporalis non
a deo assumpta sed ab ipso formata potest
ipsum representare oculo corporali. Et sic
probabiliter absque aliqua assertiōe potest
dici ꝙ sic fuit in uisione beati stephani. mē
taliter tamen cognouit ꝙ illa effigies non
erat ipsa deitas nisi tantum representatiue
Et huic modo dicendi cōcordat littera cum
dicit Ecce uideo celos apertos ⁊ filium ho
minis stantem a dextris dei. non sic intel/
ligendo ꝙ celi fuerint diuisi cum sint incor
ruptibiles. sed quia sic clare uidit ac si nul
lum esset obstaculum intermedium. vnde di
cit quedā glosa ꝙ hec uisio non fuit facta
per reserationem elementorum. et sub ele/
mentis intelliguntur etiam corpora celestia

Capitulū. viij.

Aulus autem erat] Postquam
descripta est Stephani persecu
tio singularis Hic consequen/
ter describitur ecclesie persecutio generalis
Et quia habuit ortū ex persecutione Ste
phani ideo ad ipsam fit continuatio cum di
citur [Paulus autem erat consentiens neci
eius] et per consequens peccati particeps.
secundum ꝙ dicitur Romano. primo Qui
talia agunt digni sunt morte non solum q
faciunt ea sed etiam qui consentiunt facien
tibus. Et subditur de persecutione ecclesie
cum dicitur [Facta est autem illa die] id ē
in illo tempore. quia persecutio pluribus di
ebus durauit. [et omnes discipuli dispersi
sunt] secundum ꝙ dixerat saluator Mat/
thei decimo Cū uos persequuntur in vna
ciuitate fugite in aliam [preter apostolos]
Isti erant principales ⁊ firmiores. propter
quod remanserunt in persecutiōe ne ex fu
ga eorum crederetur fidem catholicam nō

habere firmum impedimentum. Conse/
ter interponitur beati Stephani sepultura
que supra fuit omissa cum dicitur [Curaue/
runt Stephanum] id est decenter sepelie/
runt [viri timorati] id est timentes deum.
inter quos Gamaliel fuit principalis. sicut
habetur in legenda de inuentione corporis
sancti Stephani. [Et fecerunt planctum
magnum super eum] secundum morem iu/
deorum. ut habetur genesis ultimo de mor
te Jacob. ⁊ in libro Numeri de morte Aa/
ron ⁊ Marie. ⁊ Deuteronomij ultimo de
morte Moysi. et in multis alijs locis de
morte notabilium personarum. Illi autem
qui sepelierunt Stephanum erant conuer/
si de iudaismo. et ideo tenuerunt morem pa
ternum. Consequenter reuertitur Lucas
ad scribendum persecutionem ecclesie di/
cens [Saulus uero deuastabat ecclesiam]
nitens eam annihilare [trahens in custodi
am] id est in carcerem. non dicitur ꝙ in/
terficeret. quia sicut dicit glosa deus ma/
nus ipsius preseruabat ne sanguinem inno
centium polluerentur. Et quia sicut dicit
Augustinus Deus adeo omnipotens est et
bonus ꝙ de malis elicit bona. ideo de ista
persecutione elicuit bonum disseminationis
fidei catholice. propter quod subditur [Igi
tur qui dispersi erant pertransibant] diuer
sas ciuitates [euangelizantes uerbum dei]
iudeis habitantibus in ciuitatibus illis. ut
habetur infra capitulo undecimo. [Philip
pus autem] Postquaz sanctus Lucas pro/
secutus est de primo diacono scilicet de Ste
phano Hic consequenter prosequitur de
Philippo qui ponitur secundus sexto capi
tulo. Et diuiditur in duas partes. quia pri
mo ponitur predicatio Philippi. secundo cõ
uersio Saulis capitulo nono. Prima adhuc
in tres. quia primo describit sanctus Lucas
eius predicationem in Samaria. secundo de
scribit eius predicationem Ethiopi in uia.
ibi Angelus autem. Tercio in terra mari/
tima. ibi Philippus autem. Prima adhuc ĩ
duas. Nam primo ad predicationem Phi/
lippi primo ponitur multoruz conuersio ve
ra. secundo unius ficta. ibi Uir autem qui
dam. Circa primum dicitur [Philippus
autem] qui cum alijs propter persecutionez
exierat de Hierusalem [descendens in ciui/
tatem Samarie] quia tempore regum fuit
metropolis in regno decem tribuum [pre/
dicabat illis Christum] Habitantes enim
ibi erant partim iudei. receperant eniz qui
q̃ libros Moysi sicut et saducei [Intende/
bant enim turbe his que a Philippo dicebã
tur] de christo [vnanimiter audientes] id ẽ
reuerenter ⁊ deuote. et subditur ratio [Et
uidentes signa que faciebant] id est mira/
cula diuine uirtutis declaratiua in testimo/
nium ueritatis a Philippo predicate [Mul
ti enim illorum qui habebant spiritus im/
mundos] id est absessi a demonibus [cla/
mantes uoce magna exibant] scilicet de/
mones uirtute Christi. Et ne diceretur ꝙ
hoc fieret uirtute superioris demonis sicut
dictum fuit de Christo Luce vndecimo In
Beelzebub principe demoniorum siue de/
monum eijcit demonia. ideo subduntur a/
lia miracula que non possunt fieri nisi uir/
tute diuina. cuiusmodi est curatio paraliti/
corum ⁊ claudoruz subita cum dicitur [Mul
ti autem. Factum est ergo gaudium ma/
gnum in ciuitate illa de ueritatis cognitio
ne ⁊ dictorum curatione. Uir autem qui/
dam ⁊c.] Hic consequenter describitur uni
us conuersio ficta cum dicitur [Uir autem
q̃dam erat nomine Simon] communiter di
citur a doctoribus ꝙ iste fuerat Simon ma
gus qui postea multum resistebat Petro ⁊
Paulo Rome predicantibus. ⁊ ideo dixi ꝙ
eius conuersio fuit ficta. quia etsi ad horaz
uera fuit tamen ad uomitum rediit [qui an
te fuit in ciuitate magus] id est philozoph⁹
ut dicunt aliqui a magnitudine scientie sic
dictus sicut ⁊ illi qui uenerunt adorare chri
stum natum. Matthei secundo. Sed huic di
cto contrariatur quod subditur [seducens]
id est extra uiam ueritatis ducens. quod
non est philozophi cuius est proprium ama
re ueritatem ⁊ docere. primo ethicorum. sz
est proprium hominis arte magica utentis
[dicens se esse aliquem magum] scilicet pro
phetam uel Christum. Unde ⁊ Johãnis q̃r
to dicitur ꝙ samaritani sicut et iudei expe
ctabant Christum. Unde dixit illa mulier
samaritana Scio Messias uenit qui dicitur
Christus. cum ergo uenerit ille annuncia/
bit nobis omnia. Ideo subditur [dicentes
hec est uirtus dei] et sic loquitur apostolus

de Christo prima corinthi. primo Predicamus Christum dei uirtutem ⁊ cetera. [Attendebant autem eum] credentes ei [propter hoc ꝙ multo tempore magicis suis artibus dementasset eos] id est mentes eorum a veritate alienasset. Ex quo patet ꝙ iste Simon supra dictus est magus a magicis artibus. [In nomine Christi baptizabantur] Hac enim forma utebatur ecclesia primitiua rationibus dictis supra secundo capitulo. [tunc Simon ⁊ ipse credidit] scilicet ficte. vel si uere hoc tamen fuit tantum ad horam. [Et cum baptizatus esset adherebat Philippo. et subditur ratio [Uidens etiam signa ⁊ uirtutes maximas fieri ⁊c.] Dicitur enim ab aliquibus ⁊ probabiliter ꝙ ad hoc familiaritatem Philippi querebat ut per hoc consequi posset uirtutez seu artem similia faciendi. Unde ⁊ infra dicitur ꝙ obtulit pecuniam apostolis ut per impositionem manuum posset dare donum spiritussancti in signo uisibili. Ex quo uidetur ꝙ non fuit conuersus uere sed ficte tantum. [Cum audisset] Descripta predicatione Philippi Hic consequenter describitur collatio spiritussancti. Circa quod sciendum ꝙ Philippus erat tantum diaconus propter quod licet posset baptizare non tamen manus imponere. nec per consequens donum spiritussancti in signo uisibili dare. hoc enim pertinebat ad apostolos. Unde ⁊ soli episcopi qui sunt successores eorum manus imponunt. vigesimaprima distinctione cap̄. in nouo testamento. propter quod Philippus significauit apostolis ut aliqui eoruz uenirent in Samariam et supplerent illud quod ad eius officium non spectabat. ⁊ hoc est quod dicitur [Cum audissent apostoli ⁊ cetera] Et patet littera usque ibi [Nondum enim in quemquaz illorum uenerat] scilicet in signo uisibili. venerat tamen in eis inuisibiliter sicut ⁊ modo in baptismo. [Sed ⁊ baptizati tantum erant in nomine domini Jesu] hec dictio tantum non est determinatio huius quod est in nomine domini Jesu excludendo alias duas personas sed magis includuntur in eo ut dictum est supra. Propter quod ly tantum est magis determinatio huius Sed baptizati erant tantum. sed non receperant impositionem manuum. ideo subditur [Tunc imponebant ⁊ cetera]. [Cum uidisset] Hic consequenter ponitur Simonis increpatio. volebat enim emere potestatem dandi spiritumsanctum intentiōe lucri inde recipiendi. propter quod ab ipso nominatur vitium simonie quo aliquis uendit ⁊ emit spiritualia. Et patet littera usque ibi [non est tibi pars neq; sors in sermone isto] id est in hac potestate scilicet ut spiritussanctus detur per impositionem manus tue [Cor enim tuum non est rectum coram domino] virtute enim dei reuelantis uidebat intima sui cordis [In felle enim amaritudinis ⁊ cetera] id in nequicia intentionis que facit amaritudinem culpe ⁊ ducit ad amaritudinem gehenne. [Precamini uos pro me ⁊ cetera] Hoc dixit magis timore ductus pene quaz amore gratie [Et illi quidem testificati ⁊ locuti sunt uerbum dei] ad confirmationem credentium [redibant in Hierusalem] non ociosi sed in uia per ciuitates predicando uerbum dei. [Angelus] Posita predicatione Philippi in samaria Hic consequenter ponitur eius predicatio in uia ⁊ hoc Ethiopi de Hierusalem in terram suam reuertenti. Et diuiditur in duas partes. quia primo ponitur Philippi predicatio. secundo Ethiopis conuersio. ibi Et dum irent ⁊ cetera. Circa primum dicitur [Angelus autem domini etc̄.] [Uade contra meridianum] Ethiopia eniz est in plaga australi respectu Hierusalem. [ad uiam que descendit ab Hierusalem in Gazam] Hierusalem enim est in loco altiori quaz sit illa Gaza. [hec est deserta] Gaza enim uetus omnino fuit destructa ⁊ postea eiusdem nominis fuit edificata in alio tamen situ. Uia autez illa transibat per Gazam desertam ⁊ nō per Gazam de nouo edificatam. ideo ad differentiam illius dicitur Hec est deserta. [Et ecce uir ethiops eunuchus] Per hoc autem quod dicitur uir designatur eunuchus non ex precisione mēbrorum genitalium sed a castitate ⁊ honestate morum. secundum qd̓ dicit Saluator Matthei. xix. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum celorum. [qui erat super omnes eius gazas] Erat enim eius thesaurarius. et sic gaza est hic nomen appellatiuum. supra uero est nomen proprium

ciuitatis existentis in terra philistinorum. ut habetur primo regum sexto. [uenerat adorare in Hierusalem] Multi enim gen/tiles ex deuotione ueniebant adorare deuz in Hierusalem ut habetur Johannis duo/decimo. vel forte iste erat cõuersus de gen tilitate ad iudaismum. quod uidetur ex hoc quod subditur [legensque Esaiam prophe tam] sicut erat edoctus a iudeis. sicut ⁊ mul ti laici ex deuotione dicunt horas canoni/cas in latino quãuis non intelligant. Cete/tera patent usque ibi [tanquaz ouis] ⁊ cete ra. quod scribitur Esaie quinquagesimoter cio. ⁊ intelligitur ad litteram de Christo. sicut ibidem diffusius dictum fuit. quia cuz uerbo vno posset aduersarios omnes pro/sternere. permisit tamen se ad occisionem duci [⁊ sicut agnus coram se tondente ob/mutescet ⁊ cetera] quia uerba iniuriosa p̄ pro iniurijs non reddidit. ⁊ cum false accu saretur coram Pilato tacuit. Matthei uige simoseptimo. [In humilitate iudicium eius sublatum est] Esaie cap̄. quinquagesimoter cio sic habet' De angustia ⁊ de iudicio sub latus est. quod sic ibidem fuit expposituz de angustia scilz mortis ⁊ de iudicio quo oẽs decedentes ex diuina sententia detineban/tur in limbo sublatus est per potentiaz sue resurrectionis. Et eodem modo exponen/da est hec littera. [in humilitate] id est per mortem quam humiliter sustinuit in huma nitate assumpta. Philipp̄. secundo Humili/auit seipsum factus obediens usque ad mor tem [iudicium eius] id est sententia diuina que sua erat inquantum deus [sublatum ẽ] quia Christo resurgente sancti qui erant ĩ limbo detenti inde fuerunt sublati [Gene rationem eius quis enarrabit] id est mul/tiplicationem fidelium qui regenerantur in Christo per baptismum [quoniam tolletur de terra uita eius] scilicet per mortem. Et in hoc redditur causa multiplicationis fide lium. Johannis duodecimo. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fue/rit ipsum solum manet ⁊ cetera. Cetera pa tent usqꝫ ibi [Et incipiens a scriptura ista] que de christo ad litteram est intelligen/da. ut declaratum fuit diffusius Esaie quin quagesimotercio cap̄. [Et dum irent] Hic consequenter describitur ipsius eunuchi ue ra conuersio per hoc qꝫ baptismum deuo/te petijt. et fideliter suscepit. Et patet lit/litera usque ibi [Spiritus domini] id est spi ritussanctus. vel angelus qui in scriptura semper nominatur spiritus. Per hoc au/tem quod dicitur spiritus domini absolute intelligitur spiritus bonus. Quando au/tem fit sermo de spiritu maligno tunc ex/primitur. sicut patet primo regum decimose xto Spiritus domini malignus arripiebat Saul. [rapuit Philippum] ab aspectu eunu chi ad confirmationem sue fidei. Per hunc raptum cognouit Philippum a deo missuz specialiter ad ipsum informandum in fide ⁊ et baptizandum. ideo subditur [Ibat enim per uiam suam gaudens] de ueritatis co/gnitione ⁊ baptismi susceptiõe [Philippus autem] Hic consequenter describitur pre/dicatio Philippi in terra maritima. Terra enim philistinorum in qua est Azotus clau ditur mari mediterraneo in parte occiden/tali. [et pertransiens euangelizabat ciuita tibus cunctis] id est iudeis habitantibus in illis qui fuerant dispersi a tempore regis Antiochi [donec ueniret Cesaream] que est ciuitas supra mare mediterraneum sita. si/cut patet in descriptione terre sancte.

Capituluz. ix.

Aulus autem ⁊c.] Premissa pre dicatione Philippi Hic conse/quenter describitur conuersio Sauli de quo mentio facta fuit breuiter in principio precedentis capituli. Et diuiditur in tres partes. quia primo de scribitur eius conuersio miraculosa. secun/do conuersi generatio gratiosa. ibi Erant autem. Tertio regenerati predicatio uir/tuosa. ibi Fuit autem ⁊ cetera. Conuersus autem fuit in actu persequendi Christum ⁊ Christo ipsum claritate excessiua excecan/te corporaliter ⁊ ad terram prosternente et in uoce sensibili eum uocante. propter quod hec conuersio fuit miraculosa ⁊ eam solem/nizat ecclesia. non sic autem conuersionem aliorum sanctorum que fit tantum per in/uisibilem gratiam. Primo igitur ponitur

persecutionis actus cum dicitur [Saulus
autem adhuc spirans] id est ex uehementi
spiritu ignem persecutionis in se ⁊ in alijs
accendens contra ecclesiam [minarum] id
est in uerbis iniuriosis [et cedis] id est in
uerberibus ⁊ flagellis [in discipulos domi
ni] id est contra credentes in Christum.qz
tunc dicebantur discipuli. quia nondum no
minabantur christiani ut habetur infra ca
pitulo vndecimo [accessit ad principem sa/
cerdotum] non uocatus sed se ingerens uo
luntate nocendi inflammatus[⁊ petijt ab eo
epistolas ut ex eius auctoritate magis pos
set fidelibus nocere [in Damascum] ut ibi
persequeretur credentes sicut fecerat in hie
rusalem. Cetera patent usque ibi [Et sub
ito] vbi ponitur eius illustratio ⁊ prostra/
tio excecatio ⁊ uocatio cum dicitur [et sub
ito circumfulsit eum lux de celo] sicut solet
fieri in coruscatione ⁊ fulgure [⁊ cadens in
terram] pre stupore ⁊ ammiratione [audi/
uit uocem] auditu corporis ⁊ mentis [Sau
le Saule] hec duplicatio fit ad magis mo/
uendum eius attentionem [quid me perse/
queris] in membris meis que persequeba
tur Saulus ⁊ non Christum in propria per
sona qui sedebat ad dexteram gloriosus.
ideo subditur [Durum est tibi contra sti/
mulum recalcitrare] id potentiori te incom
parabiliter resistere. ideo subditur [⁊ tre/
mens ac stupens] de cognita Christi pote/
state quem ante nō credebat in celo regna
re sed magis ut falsum prophetam cum dā
natis esse [Domine quid me uis facere] q̄
si dicat Ex nunc paratus sum tibi in om/
nibus obedire [et dicetur tibi quid te opor
teat facere] non statim perfecte eum docu
it. Nam sicut in cognitione naturali fit ꝓ
cessus de imperfecto ad perfectum. vnde et
pueri primo uocant omnes uiros patres. et
omnes feminas matres. postea distinguunt
proprium patrem ab alijs uiris. ⁊ matrem
propriam ab alijs mulieribus. ut dicitur ꝓ
mo physicorum. ita frequenter fit in cogni
tione supernaturali. hoc tamen non proue
nit ex impotentia dei. quia posset totum si
mul in vno instanti reuelare. [Stabant stu
pefacti audientes quidem uocem] scilz Pau
li. non autem Christi vt habetur infra ca/
pitulo uigesimosecundo. [Et qui mecum e/
rant lumen quidem uiderunt] uocem autez
eius non audierunt qui loquebatur mecum
Sed quia audierunt Paulum dicentem
Quis es domine. quid me uis facere. ⁊ nō
uidebant aliquam personam cui dirigeret
sermonem. ideo stabant stupefacti. Cetera
patent usque ibi [et erat tribus diebus nō
uidens] scilicet uisu corporali. videbat ta/
men mentali. quia secundum doctores com
muniter in isto triduo fuit raptus usqz ad
tercium celum. ⁊ habuit illam excellentem
uisionem que habetur secunda corinthi. du
odecimo. quam exposui ibidem diffuse. [et
non manducauit neque bibit] sustentatus
illa uisione. sicut ⁊ Moyses quadraginta di
ebus in monte. [Erat autem quidam etc]

Hic consequenter ponitur Sauli conuer/
si regeneratio per baptismum. ad quod a/
gendum mittitur Ananias cum dicitur [E
rat autem quidam discipulus ⁊ cetera] de iu
daismo ad Christum conuersus scientia et
uita famosus. ut habetur infra capitulo ui/
gesimosecundo. Cetera patent usque ibi [et
quere in domo Jude] Hospes enim Pau/
li Judas uocabatur [tharsensem] id est de
Tharso oriundum. illuc enim pater Pauli
translatus fuerat de Judea ⁊ ibi creuerat ī
potestate ⁊ fama. sicut dictum fuit supra se
cunda Timothei vltimo. [Ecce enim orat]
Est enim oratio mentis eleuatio in deum.
Fuerat autem vsque ad tercium celum ra/
ptus. ⁊ ex illo raptu egressus gratias deo
agebat. [⁊ uidit] in reuelatione domini [vi
rum Ananiam nomine] ita ꝙ reuelatio fu/
it sibi facta non solum de persona sed etiaz
de proprio nomine [introeuntem ⁊ impone
tem sibi manus] hec autem impositio non
fuit similis illi de qua dicitur capitulo pre
cedenti ꝙ per impositionem manuum apo/
stolorum dabatur spiritus sanctus in signo
sensibili. sed erat ad curationem corpora/
lem. sicut de beato Laurencio legitur qd
ponebat manus super cecorum oculos et il/
luminabantur. Non enim apostolus iste e/
rat Ananias. [Respondit autem Ananias]
se excusando eo ꝙ Saulus erat famosus in

persecutione credentium in Christo ⌊vade quoniam vas electionis est⌋ id est speciali/ter vas electum gratie ⁊ scientie contenti/uum ⌊ut portet nomen meum⌋ opere ⁊ pre/dicatione sicut patebit in sequentibus hu/ius libri. ⌊Ego enim ostendam illi⌋ per ef/fectum ⌊quanta oporteat eum pro nomine meo pati⌋ quia per multas tribulationes o/portet transire ad regnum celorum. ut ha/betur infra. ⌊Et abijt Ananias⌋ ad exe/quendum domini mandatum ⌊et implearis spiritu sancto⌋per augmentuz gratie in ba/ptismo. ⌊⁊ confestim ceciderunt ab oculis e/ius tanquaz squame⌋ id est macule albe et dure sicut sunt squame piscium que causate fuerant in eo a lumine excessiuo ipsum ex/cecante ⌊ Et surgens baptizatus est in no/mine Christi. et cum accepisset cibum con/fortatus est⌋ duplici confortatione. scilicet spiritu ⁊ corpore. ⌊Fuit autem ⁊c.⌋ Hic cō/sequenter ponitur ipsius Sauli baptizati constans predicatio. et secundo ex hoc in/surgens contra eum persecutio. ibi Cuz au/tem. Circa primum dicitur ⌊Et continuo ingressus in synagogas predicabat domi/num Jesum⌋ statim post baptismum. Ex quo patet ꝙ doctrinam euangelicam non habuit ab homine sed a deo sicut ipse dicit ad galatas secundo. ⌊Stupebant autem ho/mines ⁊ cetera⌋ ex tanta mutatione subita per quam atrocissimus fidei catholice perse/cutor factus fuit constantissimus eius pre/dicator. ⌊Saulus autem multo magis con/ualescebat⌋ procedens semper de bono i me/lius⌊affirmans quomodo hic est Christus⌋ id est ꝙ Jesus nazarenus est uere Christus in lege et prophetis promissus. quod decla/rabat per scripturas ueteris testamenti. quas primo didicerat a Gamaliele. et post ea multo perfectius a deo illustrante. ⌊Cuz autem complerentur ⁊c.⌋ Hic consequenter ponitur orta contra eum persecutio cum di/citur ⌊Cum autem complerentur dies mul/ti ⁊ cetera⌋ Notandum autem ad intelle/ctum sequentium ꝙ ille Saulus non statim post baptismum suum iuit de Damasco in Hierusalem. sicut ipse dicit gal'. primo. sed prius abijt in Arabiam. qua lustrata predi/cando reuersus est Damascum. deinde post annos tres ascendit in Hierusalem uidere Petrum. ⁊ mansit apud eum diebus quin/decim. Utrum autem persecutio mota con/tra Sauluz in Damasco de qua hic fit mē/tio fuerit facta quando primo fuit in Da/masco post eius baptismum. uel quando ibi/dem redijt Arabia perlustrata. glosa non determinat. videtur tamen magis declina/re ad hoc ꝙ fuerit quando de Arabia re/dijt in Damascum. et hoc rationabiliter. p̄/mo quia dicitur hic Cum autem impleren/tur dies multi ⁊ cetera. Ex quo uidetur ꝙ non fuit cito post baptismum eius sed post ea per magnuz tempus scilicet in reditu de Arabia. Secundo quia post istam persecu/tionem immediate subditur eius aduentus in Hierusalem cum dicitur Cum autem ue/nisset in Hierusalem ⁊ cetera. Iste uero ad/uentus fuit post reditum eius de Arabia in Damascum vt dictum est. His dictis expo/nitur littera sic ⌊Cum autem implerentur dies multi⌋ qui fluxerunt a baptismo Sau/li usque ad eius reditum de Arabia in Da/mascum ⌊concilium fecerunt iudei⌋ tractan/do de morte eius eo ꝙ per eum fides chri/sti multum conualescebat. ⌊Custodiebant autem portas die ac nocte⌋ ne ab alijs per/ciperetur ⌊per murum dimiserunt eum⌋ et ipse tanquam miles strenuus consensit. ut ab obsidione liberatus pro fide catholica utilius ⁊ efficacius certaret. ⁊ impleto suo cursu martyrium Rome constanter susti/nuit sub Nerone. ⌊Cum autem uenisset in Hierusalem⌋ immediate post dictam euasi/onem ⌊tentaunt se iungere discipulis⌋ id est credentibus in Christum. quia tunc adhuc non nominabantur christiani ⌊⁊ omnes ti/mebant eum⌋ refugiendo eius societatem ⁊ familiaritatem. Et subditur causa ⌊non cre/dentes ꝙ esset discipulus⌋ scilicet christi ue/rus. nam post baptismum eius in Dama/sco abierat longe in Arabiam ut predictuz est. et sic ignorabant facta eius. ⁊ per con/sequens ꝙ esset christi discipulus uerus. sal/tem de hoc multi dubitabāt ⌊Barnabas au/tez⌋alijs constantior. ⁊ quia forte plus alijs audierat de conuersiōe Sauli⌊apprehensum illum⌋ familiaritatem ⁊ societatem contra/hendo cum illo. vnde ⁊ infra decimotercio

20

cap. simul uocantur ad apostolatum. ⌊duxit ad apostolos⌋ scilicet Petrum et Jacobum fratrem domini. ad Gal'. primo. ⌊et narrauit illis quomodo in via uidisset dominuz⌋ scilicet eundo de Hierusalem in Damascuz ad capiendum credentes in Christum ⌊et quomodo in Damasco fiducialiter egerit⌋ scilicet primo ꝛ secundo. ut predictum est. ⌊Et erat cum illis intrans et exiens⌋ id est habitans cum illis quindecim diebus. Et tunc mansit apud Petrum. ⌊Loquebatur quoqꝫ gentibus⌋ id est gentilibus quorum plures uenerunt ad Hierusalem adorare q̄bus predicabat Christum ⌊et disputabat cum grecis⌋ Isti erant iudei in Grecia tamen nati per dispersionem iudeorum factaꝫ tempore Antiochi. Uidetur tamen glosa dicere ꝙ hec disputatio cum grecis non fuit in Hierusalem sed in uia eundo uersus Syriam ꝛ Ciliciam. sed textus magis ostendit ꝙ in Hierusalem fuerit facta. ideo dicit glosa que est magistralis ꝙ parum est curandum. ⌊querebant occidere eum⌋ quia non poterant resistere uerbis eius⌋ Quod cum cognouissent fratres eius⌋ id est i christum credentes ⌊duxerunt eum Cesaream⌋ que est ciuitas sita super mare mediterraneum. ⌊et Tharsum dimiserunt⌋ Per nauigium enim iuit in Tharsum que est ciuitas Cilicie. ⌊Ecclesia quidem per totam Judeam ꝛ cetera⌋ Hoc additur ad reddenduꝫ causam quare fratres potuerunt sic deducere Saulum de Hierusalem usque ad Cesaream. et ad ostendendum pacem ecclesie redditam in Judea post persecutionem occasione sancti Stephani motam ⌊et edificabatur⌋ per multiplicationem fidelium. que quidem multiplicatio non erat tantum numero sed etiam merito. ideo subditur ⌊ambulans in timore domini ꝛ cetera⌋. ⌊Factū est autem⌋ Superius descripta est predicatio euangelij per Petrum in Hierusaleꝫ ꝛ icidentaliter predicatio Stephani ꝛ Philippi. et similiter conuersio Pauli. hic consequenter reuertitur Lucas ad principale propositum scilicet ad describendum euangelij publicationem per Petrum ꝛ hoc extra Hierusalem iudeis tamen. Et diuiditur in duas partes secundum duo miracula per Petrum facta. ad que credidit multitudo magna. Secundum ponitur ibi Jn Joppe. Circa primum dicitur ⌊Factum est ut Petrus dum transiret vniuersos⌋ scilicet in christum credentes in diuersis locis Judee habitantes. ad quorum confirmationem in fide discurrebat Petrus tanquam bonus pastor ⌊et deueniret ad sanctos⌋ id est in Christum credentes qui sunt sanctificati per baptismum ⌊qui habitant Lidde⌋ nomen est ciuitatis. ⌊Jnuenit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam⌋ Exprimitur autem nomen eius ad maiorem historie certificationem ⌊ab annis octo iacentem in grabato qui erat paraliticus⌋ ꝛ sic ex infirmitatis diurnitate ꝛ eius incurabilitate sequens curatio subita mirabilior declaratur cum subditur ⌊Surge ꝛ sterne tibi ꝛ cetera⌋ quasi dicat De cetero non indigebis leuante te de lecto nec parante tibi lectum. sed ista poteris per te facere ⌊et continuo surrexit⌋ virtute Christi que est infinita. ⌊Et uiderunt eum omnes qui habitabant Lidde ꝛ Sarone⌋ subito perfecte curatum quem cognouerant infirmitate longa et incurabili per naturam detentum. ⌊qui conuersi sunt ad dominum⌋ Petro declarante eius uirtutem ꝛ diuinitatem Jesu Christi. ⌊Jn Joppe ꝛc̄⌋ Hic ponitur secundum miraculum de suscitatione mortue cum dicitur ⌊Jn Joppe autem fuit quedam discipula credens in Christum ut predictum est ⌊nomine Tabita⌋ sic uocabatur in hebreo ⌊que interpretata dicitur Dorcas⌋ et hoc in greco sermone in quo ideomate scripsit Lucas hunc librum. ꝛ vtrumque nomen in latino habet eandem interpretationem. scilicet capra uel damula. Cetera patent usqꝫ ibi in littera ⌊Ne pigriteris uenire usque ad nos⌋ Sperabant enim eam resuscitari per orationem Petri quod et factum fuit. ⌊Et duxerunt illam in cenaculum⌋ vbi erat funus positum. ⌊et circumsteterunt omnes uidue flentes⌋ ut mouerent Petrum ad pietatem. ꝛ ad deprecandum dominum pro suscitatione defuncte. ⌊et ostendentes tunicas et uestes quas faciebat illis Dorcas et cetera⌋ Dicunt hic aliqui doctores hebrei ꝙ ipsa multum laborabat in ↄsuendis

uestibus pauperum. Sed quoniam consuere uidetur esse modicum. et tamen supra dicitur ꝙ erat plena operibus bonis ⁊ elemosynis. Ideo melius exponitur [quas faciebat] id est fieri faciebat de suis sumptibus quantum ad pannum ⁊ suturam. [Eiectis autem omnibus foras] ut in opere miraculoso elationem uitaret ⁊ ut deum secretius ⁊ efficacius exoraret [Petrus ponens genua] in terra [orauit] deuote deum quousq3 intellexit se exauditum [⁊ conuersus ad corpus exanime dixit] in christi uirtute [Tabita surge] a somno mortis [At illa aperuit oculos suos. ⁊ uiso Petro resedit] exercens duo opera uite. scilicet videndo et seipsam mouendo [Dans autem illi manum erexit eam] et sic apparuit perfecte uiua. [⁊ crediderunt multi in domino] videntes uirtutem in hoc facto. Cetera patent.

Capitulu3. x.

Ir quidam] Postquam sanctus Lucas descripsit publicationem euangelij per Petrum inter iudeos Hic consequenter idem facit de predicatione Petri inter gentiles. Et diuiditur in duas partes. quia primo describitur hec predicatio. secundo subditur Petri persecutio. capitulo duodecimo. Prima adhuc in duas scilicet in partem principalem ⁊ incidentalem capitulo vndecimo. ibi Et illi quidem. Prima adhuc in duas. quia primo per predicationem Petri describitnr conuersio Cornelij ⁊ plurium aliorum. Secundo ex hoc oritur disceptatio iudeorum. capitulo vndecimo. Prima adhuc in tres. quia primo ponitur apparitio angeli. secundo bona uocatio Petri. ibi Et cum descendisset. Tertio conuersio Corneli. ibi Aperiens autem. Circa primum sciendum ꝙ apparitiões angelice fiunt illis qui hoc merentur ex bonitate uite. Et ideo primo ponitur Cornelij uirtus cum dicitur [Uir autem quidam] sic dictus a corporis uirtute ⁊ mentis [erat in Cesarea] que erat ciuitas fortis ex situ. nam erat supra mare mediterraneum. et etiam ex fortitudine murorum. propter quod in ea habitabant milites romani pro terre custodia que romanis erat subiecta [centurio] id est habens centum milites sub se [cohortis que dicitur italica] Erant enim illi milites de Italia. cuius caput est Roma. et sic uidebantur es de principalibus militibus ad terre custodiam deputatis [religiosus] vnum deu3 colendo. sicut et multi alij gentiles legem moysi non habentes [et timens deum] offensas eius cauendo [cum omni domo sua] quā sic erudierat [faciens multas elemosynas plebi] id est pauperibus iudeis [et deprecans dominum semper] id est omnibus tēporibus ad hoc aptis ut eum dirigeret in uiam salutis. Ex hoc loco dicunt doctores communiter ꝙ si aliquis paganus conuertat se ad deprecandum primam causam cuius per seipsum potest habere noticiam aliquam rogando ut dirigat eum ad salutem suam ⁊ caueat a peccatis deus reuelabit sibi de fide catholica quantum necessarium est ad salutem. uel mittet sibi doctorem. [Is uidit ⁊c̄.] Hic secundo ponitur angeli apparitio cum dicitur [Is uidit in uisu] corporali scilicet. quia angelus apparuit sibi in corpore assumpto. ut patet ex hoc quod dicitur hic [angelum domini ad se introeuntem ⁊ dicentem] uoce sensibili [Corneli] in hoc excitat eius attentionem [At ille intuens in eum timore correptus] propter fulgorem insolitum procedentem de vultu angeli [dixit Quis es domine] videbatur enim maior homine [Dixit autem illi etc̄.] non respondit autem ei quis esset. sed quid Cornelio utile foret. vnde uidetur fuisse angelus custodie Cornelij deputatus [Orationes tue ⁊ elemosyne tue ⁊c̄.] sunt coram deo accepte. propter quod prouidit tibi de salutis tue doctore. ideo subditur [Et nunc mitte ⁊ cetera] et patet littera. [Et cum discessisset ⁊ cetera] Hic consequenter describitur uocatio Petri. et secundo eius receptio in domo Cornelij. ibi Altera autem die. Prima autem diuiditur in duas partes quia primo ponitur missio nunciorum. Secundo diuina reuelatio. ibi Postea autem. Circa primum dicitur [Cum discessisset angelus] disparendo ab eo. Nam sicut in potestate angeli est formare corpus ut appareat ita ⁊ dissoluere ut nō appareat vł subito transferre ipsum ad alium locum ut vi/

21

deri non possit [vocauit duos domesticos suos] et militem metuentem dominum] de duobus domesticis non exprimitur hic q; essent metuentes dominum. quia supra in principio istius capituli erat expressum q; Cornelius erat timens deum cum omni domo sua sed de isto milite exprimitur qui non erat de domo sua sed de suis stipendiis in propria domo uiuebat. [ex his qui ei parebant] Erat enim de illis centum militibus quit erant ei subiecti. [Quibus cum narrasset omnia] ab angelo sibi dicta [misit illos in Joppen] ad querendum Petruz [Postera autem die rc.] Hic consequenter ponitur reuelatio facta Petro. Et diuidit in duas partes. quia primo ponitur uisio Petri. secundo uisionis expositio. ibi Et dum intra se. Circa primum dicitur [Postera autem die] id est immediate sequenti quia nuncij Cornelij recesserunt in die uisionis sibi facte. ⁊ secunda die uenerunt in Joppem. [Ascendit Petrus in superiora] ut ibi secretius ⁊ deuotius oraret ante comestionem. sicut etiam de beato Francisco legitur [⁊ cum esuriret uoluit gustare] oratione tamen premissa ut dictum est. [Parantibus autem illis cecidit super eum mentis excessus] id raptus a sensibus exterioribus [et uidit uisione imaginaria [celum apertum sicut fieri solet in coruscatione [et descendens uas quoddam uelut lintheum magnum] dicit uelut. quia totum erat in imaginaria uisione [quattuor initijs] id est angulis [submitti de celo in terram] per cordas ī angulis ligatas [in quo erant omnia quadrupedia ⁊ cetera] id est animalia immunda secundum legem Moysi per que intelligebantur gentiles quos iudei abhominabant̄ ut immundos. nec etiam comedebantur. Per quadrupedia tamen in speciali intelligebantur auari. Per serpentia inuidie ueneno pleni. Per uolatilia superbi que uicia in gentilibus abundabant. [Et facta est ad eum uox] de celo [Surge Petre occide] interficiendo in eis uicia [⁊ manduca] incorporando eos ecclesie per fidem ⁊ sacramenta. quia tamen Petrus hoc tunc non ītellexit. ideo respondit [Absit domine. quia nunquam manducaui omne commune ⁊ immundum] id est cibum in lege prohibitum quod aqud iudeos dicebatur immundum ⁊ etiam commune. eo q; a gentilibus communiter comedebatur sicut carnes porcine ⁊ huiusmodi. [Et uox iterum secundo ad eum ⁊ cetera] ad repellendum eius responsionem [que deus purificauit tu ne commune] id est immundum [dixeris] Christus enim passus est non solum pro salute iudeorum sed etiam pro salute gentilium. propter qd̄ non sunt reputandi immundi. Similiter per suam passionem euacuauit legis cerimonialia. sicut supra declaratum est in principio epistole ad hebreos ⁊ in pluribus alijs locis ad que pertinet prohibitio ciborum. ⁊ sic eos purificauit licitos faciendo. Et hoc etiam dicit rabi moises in glosa magna super genesim Omnis bestia que immunda reputatur in hoc seculo deus sanctus ⁊ benedictus faciet eam mundam in futuro seculo. sicut primitus fuit filijs Noe genesis. ix Omne quod mouitur aut uiuit erit uobis ī cibum ⁊ cetera. Presens autem seculum vocat usque ad aduentum Messie. Futurum autem a tempore Messie ⁊ ultra. Et eodē modo accipit rab. sa. ⁊ alij doctores hebrei loquententes de presenti seculo et futuro. [Hoc autem factum per ter.] ad maiorem expressionem [et statim receptum est uas ī celum] ad significandum q; gentiles per fidem Christi habent ingressum ad celestia sicut ⁊ iudei. [Et dum intra se] Hic consequenter aperitur intellectus dicte uisionis. quia nondum Petrus intelligebat. propter quod dicitur [Et dum intra se hesitaret ⁊ cetera] et patet littera usque ibi [Petro autem cogitante de uisione] quid significaret [dixit spiritus ei] reuelando intellectum [Ecce uiri tres querunt te] qui sunt gentiles [Surge itaque] de oratione [⁊ descende] ad eos. Orauerat enim in superioribus domus sicut dictum est [⁊ uade cum eis nihil dubitans] de communicando cum ipsis. et tunc intellexit Petrus uerbum dei dicentis Que deus purificauit ⁊ cetera. intelligendum est de gentilibus principaliter ⁊ de cibis in lege prohibitis consequenter. Cetera patent ex supradictis usque ibi [Introducens ergo eos recepit hospitio] communicans eis ex domini uerbo [Sequenti autem die surgens] absq; dilatiōe [pfectus

est cum illis ⁊c.] obediens diuinis manda/
tis [Et quidam ex fratribus] id est cre/
dentibus de iudaismo [Ab Joppe comitati
sunt eum] quod autem subditur in aliqui/
bus libris Ut Petro testes sint. non est de
textu nec habetur in libris correctis. sed ꝑ
mo fuit quedam glosa interlinealis postea
textui inserta per ignorantiam scriptorum
sicut ⁊ in multis alijs locis ueteris ac noui
testamenti. [Altera autem die] Hic con/
sequenter describitur receptio Petri in do
mo Cornelij cuꝫ dicitur [Altera autem die]
id est crastino recessus Petri ī Joppe [Cor
nelius vero expectabat illos] cum magno
desiderio audiendi uerbum [cognatis con/
uocatis suis] ut omnes essent participes gra
tie dei. [obuius ei uenit Cornelius] ut reci
peret eum reuerentius [⁊ procidens ad pe/
des eius adorauit eum] adoratione dulie. sci
bat enim eum non esse deum sed eius nun
cium [Surge. ⁊ egoipse homo sum] non an
gelus sicut ille qui apparuit tibi. propter
quod non decet tantam reuerentiaꝫ mihi fi
eri. Cetera patent usqꝫ ibi [Uos scitis quo
modo abhominatum est ⁊ cetera.] hoc eniꝫ
sciebant per experientiam. quia gentiles e
rant ⁊ inter iudeos habitabant [Sed mihi
ostendit deus] id est in uisione predicta ⁊
eius expositione [neminem] cuiuscunqꝫ ra
tionis [communem aut immundum dicere
hominem] id est ꝙ non licet alicui homini
dicere de quocunqꝫ alio ꝙ sit immundus.
[Propter quod sine dubitatione] alicuius
transgressionis [veni accersit⁹] a uobis gen
tilibus. [Interrogo ergo uos ⁊ cetera.] Li
cet autem audiuisset causam in generali a
nuncijs Cornelij tamen adhuc magis uole/
bat audire in speciali. [A nudius quartana
die usque ad hanc horam] Eadem eniꝫ die
qua Cornelius circa horam nonam uidit ui
sioneꝫ misit nuncios ut dicit glo. ⁊ secunda
die uenerūt in Joppen que distat a Cesaria
per trigintaquattuor miliaria. ut habetur
in descriptione terre sancte. Tercia uero
die Petrus iuit de Joppe ⁊ die quarta in/
trauit Cesaream. Cetera patent ex supra/
dictis usqꝫ ibi [Nunc ergo omnes assumus
in conspectu tuo] parati cum magno desi/
derio ⁊ deuotione [audire omnia quecunqꝫ
precepta tibi sunt a domino] pro nostra sa
lute. [Aperiens autem] Hic consequenter
describitur ipsius Cornelij ⁊ eorum qui cū
eo erant conuersio. ⁊ secundo eorum bapti
zatio. ibi Adhuc loquente. Conuersio auteꝫ
eorum facta est per predicationem Petri.
ideo dicitur [Aperiens auteꝫ Petrus os su
um dixit] incipiens per modum breuis pro
hemij a iusticia ⁊ bonitate diuina [In ueri
tate comperi] id est experimento probaui.
[quia non est personarum acceptor deus]
id est discernens inter gentiles ⁊ iudeos
quantuꝫ ad salutem eternam. quia uult om
nes saluos fieri ⁊ ad cognitionem ueritatis
uenire. prima Timothei secundo. ideo sub/
ditur [Sed in omni gente que timet eum]
declinando a malo [⁊ operatur iusticiam] fa
ciendo bonum [acceptus est illi] Sed con/
tra hoc uidetur quod dicitur ab omnib⁹ do
ctoribus nullum vnquaꝫ fuisse saluatum ni
per fidem mediatoris. nec per consequens
gratiam habuisse que facit deo acceptum
quam non habebant gentiles. Dicendum
ꝙ fides mediatoris semper fuit necessaria
ad salutem non tamen vniformiter omni tē
pore ⁊ omnibus populis. Post publicatio/
nem enim euangelij omnes tenentur habe
re fidem explicitam de mediatore quantuꝫ
ad articulos īcarnationis natiuitatis ⁊ hu
iusmodi que communiter in ecclesia omni/
bus proponuntur credenda. Ante declara/
tionem uero natiuitatis christi maiores iu
deorum quibus data est lex ⁊ prophete de
istis facientes mentionem tenebantur ha/
bere fidem de mediatore. minus tamen ex
plicitam q̈ꝫ in nouo testamento in quo ue/
ritas est magis elucidata. Minores uero iu
deoruꝫ adhuc minus explicite. et sufficiebat
eis ad salutem credere Messiam uenturuꝫ
sicut lex ⁊ prophete nunciabant in quodaꝫ
tamen generali. licet significationem legis
⁊ prophetarum non intellexerunt in speci/
ali. Ante uero legem et prophetas scilicet
tempore legis nature sufficiebat omnibus
credere vnum deum remuneratorem bono
rum per modum ab eo cognitum. ideo di/
citur hebreorum vndecimo. Accedentem o/
portet credere quia est. et inquirentibus se
remunerator fit. Et in hoc implicite conti
netur fides mediatoris per quē fit remune
ratio bonoꝝ ⁊ punitio maloꝝ secūdū ꝙ dici

tur Johannis quinto. Pater omne iudiciuz
dedit filio. Et quia gentilibus non fuit da
ta lex nec prophetie. ideo talis fides suffe/
cit eis usque ad publicationem euangelij.
Talez autem habuit Cornelius ⁊ eius do/
mestici ut satis patet ex textu. ⌊Uerbum⌋
Premisso per modum prohemij de iusticia
⁊ bonitate diuina. Hic consequenter Pe/
trus accedit ad propositum annunciando
christum dicens ⌊Uerbum⌋ scilicet euange
licum ⌊misit deus filijs Jsrael⌋ primo ⌊an/
nuncians pacem⌋ internam gratie ⁊ super
nam glorie ⌊per Jesum christum⌋ qui in ꝑ
sona propria filijs Jsrael predicauit. Et ne
credatur homo purus subdit ⌊Hic est om/
nium deus⌋ ⁊ per consequens uerus deus.
⌊Uos scitis⌋ quia inter iudeos habitastis.
⌊quod factum est ꝑ vniuersam Judeam uer
bum⌋ id est res uerbo signata. Et que sit
illa subditur post ⌊Jesum a nazareth⌋ scili/
cet uenisse ad predicandum salutem ⌊Incipi
ens a Galilea⌋ ibi enim incepit predicare.
ut patet Luce decimo. ⌊post baptismum⌋ sci
licet Johannis. quia ante non legitur pub
lice predicasse ⌊quod predicauit Johannes⌋
id est ꝙ mysterium christi futuri Johannes
predicauit. ut patet ex decursu euangelij.
⌊Quoniam unxit eum deus⌋ scilicet Jesum
in humana natura ⌊spiritusancto⌋ id est ple
nitudine gratie ⌊⁊ uirtute⌋ in operatione
miraculorum in quibus humanitas Christi
erat instrumentum coniunctum ⌊qui per/
transijt bene faciendo⌋ quantuz ad informa
tionem morum ⁊ sanationem languidorum
⌊⁊ sanando omnes oppressos a diabolo⌋ mē
te ⁊ corpore ⌊Quoniam deus erat cum il/
lo⌋ per plenitudinem gratie ⁊ per unionez
personalem in supposito uerbi. ⌊Et nos te
stes sumus etc̄.⌋ per visum ⁊ auditum ⌊et
dedit eum manifestum fieri⌋ per multa ar/
gumenta suam resurrectionem declarantia
que posita sunt supra primo capitulo. ⌊non
omni populo sed testibꝰ preordinatis a deo⌋
Secundum enim ꝙ dicit dionysius libro ce
lestis Hierarchie. hec est lex diuinitus in/
stituta ut ea que transcendunt cognitionez
naturalem primo superioribus reuelentur
⁊ per superiores alijs manifestentur. sicut
patet in spiritibus angelicis in ordine hie/
rarchie. Nam superiores immediate a deo
illuminantur. medij uero a superioribus. et
inferiores a medijs. Resurrectio autē chri
sti est de transcentibus. ⁊ ideo primo mani
festata est apostolis ⁊ cum ipsis manentibꝰ
per quos tanquaz per testes idoneos alijs
manifestata est. de qua idoneitate subditur
⌊nobis qui manducauimus ⁊ bibimus cum
illo postquaz resurrexit a mortuis⌋ ad de/
clarandam ueritatem sue resurrectionis. ut
dictum est supra primo capitulo. ⌊Et prece/
pit nobis predicare populo ⁊ testificari⌋ ut
habetur supra primo capitulo Et eritis mi
hi testes ⁊ cetera. ⌊ꝙ ipse est qui constitu/
tus est a deo⌋ patre ⌊iudex uiuorum ⁊ mor
tuorum⌋ id est iustoruz qui uiuunt uita gra
tie. ⁊ iniquorum qui mortui sunt morte cul
pe. propter quod dicitur Johannis quinto
Pater omne iudicium dedit filio. ⌊huic, om
nes prophete perhibent testimonium⌋ qua
si dicat Nos non soli sumus eius testes sz
etiam omnes prophete antiqui diuinitus in
spirati. Unde dicit rabi Sa. hebreus super
Zachariam ꝙ uniuersi prophete non sunt
locuti nisi usque ad dies Messie scilicet de
principali intentione. ⌊Adhuc loquente⌋ Hic
consequenter ponitur Cornelij ⁊ cuz eo ex
istentium baptizatio. ⁊ primo per receptio/
nem spiritussancti in signo sensibili que di
citur quedam baptizatio capitulo sequenti.
⁊ supra primo capitulo. de qua subdit̄ ⌊Et
cecidit spiritussanctus ⁊ cetera. ⌊⁊ obstupu
erunt ex circumcisione fideles⌋ ammiran/
tes ꝙ tanta gratia daretur gentilibus si/
cut et iudeis nutritis in lege ⁊ prophetis.
Cōsequenter ponit̄ baptizatio in aqua sub
inuocatione nominis Christi cum dicitur
⌊Tunc respondit Petrus⌋ illis qui cum eo
uenerant ammirantibus ⌊Nunquid aquaz
quis prohibere potest ⁊c̄.⌋ quasi dicat non.
ex quo spiritussanctus non distinxit inter
nos ⁊ ipsos gentiles sicut uidetis. ⌊et iussit
eos baptizari in nomine Jesu Christi ⁊c̄.⌋
Jn hac enim forma dabatur baptismus in
primitiua ecclesia rationibus dictis supra ca
pitulo secundo. ⌊Tunc rogauerunt eum ut
maneret apud eos aliquot diebus⌋ ut ple/
nius instruerentur in fide ⁊ solidarent̄.

Capituluz. xi.

Udierunt autē apostoli⌋Postq̄ꝫ
descripta ē cornelij cōuersio⌋Hic
consequenter ponit̄ ex hoc orta
disputatio circa quam primo que
stio proponit̄ ⁊ secūdo soluitur ibi incipiens
Circa primum dicit̄⌊Audierunt autem apo
stoli⌋xj. ⌊similiter ⁊ fratres⌋id est alij fide/
les cum eis existentes⌊qui erāt in iudea⌋Ce
sarea eniꝫ ad quā iuerat petrus erat in ter
ra philistinorū⌊Quoniam ⁊ gentes recepe/
runt uerbuꝫ dei⌋scilicet cornelius ⁊ amici sui
⌊Cum autē ascendisset petrus hierosolymā⌋
hoc dicit̄ quia hierusaleꝫ erat in altiori situ
q̄ꝫ cesarea que est super mare mediterraneū
sita ⌊Disceptabant aduersus illum qui erāt
ex circūcisione⌋.i.cōuersi de iudaismo⌊Qua
re introisti ⁊c.⌋quasi dicant non est licitum
cōmunicare cuꝫ incircuncisis ⌊Incipiēs aūt⌋
Hic consequenter soluit̄ questio ⁊ hoc p re
uelationem factam petro qua fuit sibi osten
sum neminem debere reputari immunduꝫ ⁊
per verbum spiritussancti dicentis quod iret
cum gentilibus ⁊ cōmunicaret cum eis sine
dubitatione ⁊ patet littera ex dictis ca. pre
cedenti quia repetitio est illius quod dictum
est ibi vsqꝫ ibi⌊sicut ⁊ in nos in initio⌋.i.in
die penthecostes⌊recordatus suꝫ verbi domi
ni ⁊c.⌋Ex quo patet q̄ talis datio spiritus/
sancti in signo sensibili dicit̄ quedam bapti
satio ⁊ in fine concludit petrus⌊Si ergo ean
dem grām⌋in signo sensibili⌊dedit illis⌋icir/
cuncisis⌊sicut ⁊ nobis⌋circuncisis⌊qui credi/
mus in dominū iesum christū⌋.q.d. Circūci/
sio aut prepuciuꝫ nihil facit ad hoc sed fides
iesu christi⌊Ego enim quis eraꝫ⌋qui suꝫ pul
uis ⁊ cinis⌊Qui possum prohibere deum⌋sci
licet dare grām suam secūduꝫ suum benepla
citum. Quod autem in aliq̄bus libris subdi
tur ne daret spiritū sanctum credentibus in
nomine iesu christi non est de textu vt habe
tur in libris correctis sed fuit quedam inter/
linearis glosa per scriptores textui inserta
⌊His auditis⌋rōnabilibus ⁊ veris⌊Tacue/
runt⌋ab increpatione petri eius factum ap/
probantes⌊⁊ glorificabāt deum⌋ grās agēdo
de hoc q̄ grām suam extenderat ad genti/
les ideo sequit̄⌊Ergo ⁊ gentibus penitētiā
dedit deus⌋.i.tempus ⁊ locuꝫ penitentie⌊ad
vitam⌋scilicet eternam consequendam⌊Et il
li⌋hic est pars incidentalis ⁊ diuidit̄ ī duas
secundū duplex incidens. secundū ibi In his
autem diebus. Primum autem incidens est

de publicatione euangelij per fideles qui re
cesserunt de hierusalem ꝑpter persecutionē
ecclesie in morte stephani motam vt habet̄
supra in principio. viij.ca. Et hoc ē quod di/
citur⌊Et illi qui dispersi sunt a tribulatiōe⌋
id est propter tribulationē⌊que facta fuerat
sub stephano⌋.i.in morte eius⌊perambulaue
rūt vsqꝫ ad phenicē⌋que prouincia est syrie
⌊Et cyprū⌋insula est maris satis nota⌊⁊ an
tiochiam⌋ciuitas est ab antiochio magno
denominata⌊nemini loquentes verbuꝫ⌋euan
gelicum⌊nisi solis iudeis⌋postea etiam locu/
ti sunt gentibus audientes q̄ petrus predi/
cauerat cornelio ⁊ alijs gentilibus ideo sub/
ditur ⌊Erant autē quidam ex eis⌋.i.ex dis
persis de hierusaleꝫ⌊viri cyprei ⁊ cirenei⌋.i.
de cypro ⁊ cirene nati. Et dicunt hic aliqui
doctores ⁊ satis probabiliter q̄ isti fuerant
gentiles conuersi tamen ꝑmo ad iudaismum
deinde ad christum ⁊ de istis subditur⌊Qui
cum introissent in antiochiam⌋per aliquod
spacium temporis ibi manendo⌊Loquebant̄
ad grecos⌋.i.ad gentiles ⌊annunciantes do/
minū iesum⌋vt sicut iudei natione agebāt ad
conuersionem iudeoꝝ sic isti ex gētilibus na
ti ad conuersionem gentium⌊Et erat man⁹
domini⌋.i.virtus dei in operibus miraculo/
sis⌊cum eis⌋ad confirmationem sue doctrine
cuius subdit̄ effectus cum dicit̄.⌊Multus ē
numerus ⁊c.peruenit autem sermo ad aures
ecclesie que erat hierosolymis⌋eo q̄ aposto/
li erant ibi quibus significabatur profectus
fidei⌊Et miserunt barnabā vsqꝫ antiochiā⌋
ad informandam⌋plenius credentes ⁊ confir
mandum⌊Qui cū peruenisset ⁊ vidissꝫ gra/
tiam dei⌋in multiplicatione fidelium⌊Gaui/
sus est⌋valde propter honorem dei ⁊ saluteꝫ
proximi⌊Et hortabatur omnes in proposi/
to cordis manere in domino⌋quia qui perse
uerauerit vsqꝫ ī finē hic salu⁹ erit math.x.
⌊quia erat vir bonus⌋per virtutes acquisi/
tas⌊plenus spiritusancto ⁊ fide⌋p infusas ⌊⁊
apposita est multa turba domino⌋per predi
cationem barnabe ad illaꝫ multitudinē que
prius crediderat ⌊profectus est tharsum vbi
saulus iuerat⌋vt dictum est supra.x.ca.vide
bat enim se non sufficere ad tantam multi/
tudinem erudiendam ⁊ regendam sine sauli
societate⌊⁊ docuerunt turbam multam⌋que
creuit in aduentu sauli⌊Ita ut cognominaren
tur primum antiochie discipuli christiani⌋añ
enim credentes in christum vocabant̄ tātuꝫ

discipuli. Sed tunc ceperunt nominari christi
ani a christo sicut platonici a platone⌊In his
autem diebus⌋ Hic ponitur secundū incidēs
de prenunciatione future famis cū dicitur⌊in
his autez diebus superuenerūt prophete ab
hierosolymis antiochiam⌋tunc enim in eccle
sia erant multi habentes spiritum prophetie
secundum ꝙ predixerat iohel propheta ⁊ al
legatum est supra. ij. ca.⌊Et surgens vnus⌋
ut in tanta multitudine melius audiretur⌊si
gnificauit per spiritum⌋.i. denunciauit in spi
ritu prophetico⌊famem magnam ⁊c. que fa/
cta est⌋⁊ sic apparuit veritas prophetie⌊sub
claudio⌋.i. tempore claudij imperatoris⌊Di
scipuli autē⌋.i. christiani qui erant antiochie
⌊prout quisq; habebat⌋.i. secundum suam fa
cultatem non uoluntatem quia libenter plus
fecissent si potuissent⌊Proposuerunt in mini
sterium mittere habitantibus in iudea fra/
tribus⌋.i. in hierusalem. illi enim tanquā ma
gis religiosi renunciantes proprietati uendi
derunt possessiones ut inde prouideretur cō
munitati ut habetur supra. iiij. ca. fuerāt. n.
etiam bonis mobilibus spoliati in persecuti
one que mota fuit in morte stephani propter
qđ īdigebant ab alijs credentibus auxiliari
maxime tempore famis qđ ⁊ fecerunt suū bo
num propositū adimplendo⌊mittentes ad se
niores⌋curam multitudinis habentes⌊p ma/
nus barnabe ⁊ sauli⌋qui erant ad hoc fide/
les ⁊ apti nuncij.

Odem autem tempore⌊Postq̄
superius descripta est petri pre/
dicatio Hic interpositis inciden
tibus dictis describit̄ contra eā
orta persecutio. Et diuiditur in duas partes
quia primo ponitur persecutio petri. secūdo
punitio aduersarij ibi descendensq;. Prima
in duas. quia primo ponitur persecutionis oc
casio. secūdo ipsa persecutio. ibi Quem cum
⁊c. Ad intellectum primi sciendum ꝙ tres he
rodes fuerunt in iudea de quibus scriptura
facit mentionē. Primus fuit institutus rex
iudee a romanis cuius pater fuit idumeus iste
uocatus fuit herodes ascholonita ⁊ tempore
ipsius natus fuit christus math. ij. ppter quē
iste occidit innocentes. Secundus fuit uocatus
herodes antipas filius herodis ascholonite nō
tamē primogenitus ⁊ iste nunq̄ fuit rex sz
tetrarcha galilee luc. iij. ⁊ iste decollauit io
hannem baptistam tandem accusatus ad im
peratorem romanum missus fuit in exilium
apud lugdunium. Tertius uocatus fuit he/
rodes agrippa filius aristoboli filij herodis
ascholonite ⁊ frater herodis antipe. Et licz
iste in principio fuerit pauper tamen postea
fauētibus sibi duobus imperatoribus roma
nis scilicet gaio ⁊ claudio fuit eleuatus ad re
gnum ⁊ iste de roma ueniens in iudeam ho
norifice ualde receptus fuit a iudeis propter
quod in fauorem eorum occidit iacobum fra
trem iohannis ⁊ incarcerauit petrum. vnde
versus. Ascholonita necat pueros antipa io/
hannem. Agrippa iacobum claudens in car/
cere petrum. Et secundum hoc patet senten
tia huius partis vsq; ibi⌊Erant autez dies
azimorum⌋scilicet quando apprehendit petrū
⁊ additur hoc ad significandum causam qua
re statim non occidit petrum sicut fecerat de
iacobo uolebat enim expectare transitum so
lemnitatis paschalis in qua iudei. vij. diebus
vescuntur panibus azimis.⌊Quem cum ap
prehendisset⌋Posita occasione persecutionis
petri. hic consequenter describitur ipsa per/
secutio ⁊ diuidit̄ in tres partes. quia primo
ponitur eius incarceratio iniuriosa. secundo
eius liberatio miraculosa ibi. Cū aūt. 3°. cuz
suis associatio gratiosa ibi Consideratisq;.
Circa primum dicitur⌊Quem cum appreben
disset misit in carcerem⌋ne posset effugere.
Tradensq; quatuor quaternionibus militū⌋
dicitur autem quaternio qui habet quatuor
milites sub se ⁊ sic quater quatuor sunt sede
cim qui eum custodiebant⌊uolēs post pascha
producere eum populo⌋.i. exponere morti ad
voluntatem populi.⌊Oratio autē fiebat ⁊c.⌋
ut christus suum uicarium adhuc seruaret in
vita⌊Cuz autem⌋Hic consequenter describi
tur liberatio petri miraculosa cuz dicit̄⌊Cū
autem producturus eum esset herodes⌋ scili
cet de carcere ut occideretur⌊in ipsa nocte⌋
immediate precedenti⌊erat petrus dormiēs
inter duos milites ⁊c.⌋ Ita custoditus ꝙ nō
patebat ulla euasio via humana. sed quia de
ficiente humano subsidio solet esse diuinum
ideo subdit̄⌊Et ecce angelus domini astitit⌋
ad petri liberationem⌊Et lumen refulsit in
habitaculo⌋ad eius consolationē⌊percussoq;
latere petri⌋ut excitaret eum a somno⌊⁊ ce
ciderunt cathene⌋diuina uirtute uel angeli/
ca cui natura corporalis obedit ad motuz lo
calē propter quod potuit illas cathenas sta
tim dissoluere⌊p̄cingere⌋ ut sis aptus ad am
bulandum. resoluerat enim petrus cingulū

ſuum ut veſtis poſſet coopirẽ pedes cõtra
frigiditatez carceris. hoc enim ſibi erat li
citum ⁊ maxime contra imminens pericu
lum⌊Et calcia te caligas tuas⌋eſt autẽ cali
ga genus calciamenti non habens corium
ſuper pedem ut dicit glo. In greco in quo
ſcripſit ſanctus lucas habetur ſandalia. ꝓ/
pter quod aliqui dicunt ꝙ vera littera eſt
calcia te caligas gallice galothes⌊exiſtima
bat autem ſe uiſum videre⌋fortitudo enim
carceris ⁊ diligẽs cuſtodia fecerũt ſibi ima
ginationem de euadendi impotentia propt̃
quod rem geſtam ſomnium eſtimabat⌊trã
ſeuntes autem primam ⁊ ſecundam cuſtodi
am⌋ſcilicet militum qui erant oppreſſi ſom
no uel quia vigilantes erant accriſia per/
cuſſi ſicut. iiij. regũ. vi. dicitur de militibuſ
qui capere volebant heliſeum⌊Uenerũt ad
portam ferreaz ⁊c.⌋Illa erat exterior por
ta carceris⌊que ducit ad ciuitatez⌋ex quo
videtur ꝙ ille carcer erat extra ciuitatem
ſicut fit in pluribus locis⌊que ultro apta ẽ
eis⌋virtute diuina angelica modo predicto
de cathenis⌊⁊ exeuntes proceſſerunt vicuz
vnum⌋ad maiorem petri aſſecurationez⌊⁊
continuo diſceſſit angelus ab eo⌋ſubito diſ
parendo ſicut dictum eſt ſupra. x. ca.⌊Et
petrus ad ſe reuerſus ⁊c.⌋⁊ tũc percepit ꝙ
non erat ſomnium ſed res geſta⌊Conſide
ranſqȝ⌋hic ponitur conſequenter reſtitutõ
petri ad fideles cum dicitur⌊Conſiderãſqȝ⌋
ſcilicet ubi eſſet ⁊ quo diuertere poſſet ne
a cuſtodibus inueniretur non timore paſſi
onis ductus ſed quia per viſitationem an/
geli circa prolongationem vite ſue ſciebat
uoluntatem dei eſſe⌊venit ad domum ma/
rie⌊que non ſolum erat fidelis ſed etiã ho
ſpita fidelium⌊Pulſante autem eo ad hoſti
um ianue⌋que clauſa erat de nocte ⁊ ꝓ in
fideliuz perſecutione⌊pre gaudio⌋ſcilicet li
berationis petri ⁊ eius aduentus⌊ſed intro
currens⌋ut bonos rumores uelociter nun/
ciaret⌊inſanis⌋propter fortitudinem enim
carceris ⁊ cuſtodiam diligentem credebãt
euaſionẽ petri impoſſibilem eſſe⌊Angelus
eius eſt⌋ex hoc loco ⁊ ex hoc quod dicit̃
mathei. xviij. angeli eorum ſemper vident
faciẽ patris. dicunt concorditer ſancti ⁊ do
ctores ꝙ ſinguli homines habẽt ſingulos
angelos ad ſuam cuſtodiaz deputatos ⁊ ali
quando apparent in ſpecie illorum ſicut an
gelus ĩ ſpecie beati ambroſij mediolani ex
iſtentis apparuit turonis in ſepultura bea
ti martini ⁊ beatus franciſcus in remotis
agens apparuit in ca. arelatenſi⌊Et obſtu
puerũt⌋pre ammiratione videntes petrum
liberatum ⁊ ignorantes liberationis mo/
duz ꝓpter quod petrus cepit narrare ipm̃
cum dicitur⌊Annuẽs aũt ⁊c. nunciate iaco
bo ⁊ fratribus hec⌋ut reddãt gratias deo
qui exaudiuit petitionem eorum pro me fa
ctam ut dictum eſt ſupra. Oratio autem fi
ebat ⁊c.⌊Facta autem die⌋in qua ordinatũ
erat occidi petrum⌊erat non parua turba
tio inter milites⌋quia timebant negligen
tie eorum imputari ⁊ per conſequẽs puni/
ri ſicut ⁊ factum eſt. vnde ſubditur⌊Hero/
des autem cum requiſiſſet eum⌋ſcilicet pe
trum⌊⁊ non inueniſſet⌋⁊ porte carceris in
uente fuiſſent aperte ſicut expreſſe dicitur
de porta ferrea⌊iuſſit eos duci⌋ſcilicz ĩ car
cerem tanqȝ ſuſpectos de liberatione petri
ut poſtea punirentur. ſed herodes fuit im/
peditus celeri morte preuentus ut habetur
parte ſequenti⌊Deſcendenſqȝ⌋Hic conſe/
quenter deſcribitur herodis punitio ⁊ pri/
mo ponitur eius pena. ſecundo ponũt̃ duo
correlaria ibi verbum domini. Circa ꝑmũ
dicitur⌊deſcendenſqȝ a iudea⌋. i. a hieruſa
lez que eſt in altiori ſitu iudee⌊in ceſareã⌋
non philippi ut dicit gloſa que eſt in pro/
uincia phenicis ſed in ceſaream paleſtine q̃
antiquitus dicebat̃ turris ſtratonis ⁊ eſt ĩ
confinio paleſtine ⁊ phenicis. ⁊ cauſa ſub/
ditur cum dicitur⌊Erat autem iratus ti/
rijs ⁊ ſidonijs⌋qui erant de prouincia phe
nicis propter quod terminus eoruz appro/
pinqnauit ut eos debellaret ⁊ puniret⌊at il
li vnanimes uenerunt ad euz⌋ad placandũ
per oblationez emende ⁊ ut hoc melius fa
cerent rogauerunt eius cubiculariũ ꝗ erat
ei ſecretarius ut eſſet huius negocij media
tor pro eis. ⁊ ſubditur cauſa cũ dicitur⌊Eo
ꝙ alerentur regiones eoꝝ ab illo⌋. i. ab he
rode. non enim terra eorũ poterat habere
victualia ſufficienter niſi de terra herodis
accepta vel per eam tranſportata⌊ſtatuto
autem die⌋ab herode ut tirij ⁊ ſidonij eius
audirent ſententiam⌊Herodes veſtitus ue
ſte regia⌋. i. inſignijs regalibus decoratus
ad ſuam magnificentiam oſtendendam⌊ſe/
dit pro tribunali⌋magnifice⌊cõcionabatur
ad eos⌋loquens ualde egregie⌊popul⁹ aũt
acclamabat⌋adulando herodi⌊dei voces ⁊

24

non hominis]dicebant eniȝ q̄ talis eloquē tia non erat hominis puri sed deitateȝ ha bentis[confestim autem percussit eum an/ gelus domini] uehementi dolore uteri ut dicit iosephus.ij.libro antiquitatum [eo q̄ non dedisset honorem deo]considerando ꝓ priam fragilitatem sed magis congaudens de hoc q̄ populus attribuebat sibi diuinū honorem[ꝛ consumptus a uermibus expi/ rauit] cōputrescentibus enim intestinis ge nerabantur ibi uermes eum interius cor/ rodentes[Uerbum auteȝ]Hic ponunt̄ duo corelaria. Primum est de multiplicatione fidei mortuo herode ipsius ꝑsecutore.ꝛ pa tet ex dictis. Secundum est de reditu sauli ꝛ barnabe in antiochiam[expleto ministe rio]pro quo uenerant hierusalem ut habe tur in fine capituli precedentis.

Rant autem]Superius descri/ pta publicatione euangelij fa/ cta per predicationem petri cū aliquibus tamen incidentibus Hic consequenter describitur eadeȝ publi catio per predicationem pauli. Et diuidit̄ in duas partes quia primo describitur ei⁹ ad apostolatum uocatio. secundo huius of/ ficij executio ibi. Et ipsi quidem. Circa ꝑ mum dicit̄[erant autem in ecclesia q̄ erat antiochie prophete]denunciantes futura ꝑ donum prophetie ut dictum est de agabo supra.xi.ca.ꝛ plures alij erant similes gra tiam habentes[ꝛ doctores]sacram scriptu/ raȝ exponentes per dona sapientie ꝛ scien tie ꝛ interpretationis sermonum[In quib⁹ barnabas]iste secundum hieronimum in li bro illustriuȝ uirorūȝ est ille qui supra. iiij ca. uocatur ioseph leuites cyprius genere [ꝛ simon qui uocabat̄ magus]ad differen tiam simonis petri[ꝛ lucius cirenensis].i. natus de cirene[ꝛ manaen qui erat hero/ dis tetrarche] ille est qui dictus est hero/ des antipas ꝛ decollauit iohannem bapti/ stam ut dictum est in principio capituli ꝓ cedentis[collactaneus].i.de codeȝ lacte nu tritus[Et saulus]de cu⁹ uocatione ad apo stolatum principaliter hic agitur[ministrā tibus autem illis domino] in bonis operi/ bus secundum suos gradus ꝛ officia[ꝛ ie/ iunantibus]ut mens esset eleuatior ad diui na[Dixit illis spiritussanctus]utrū autem hoc fuerit uerbo mentali tantum in reue/ latione uel uerbo sensibili diuinitus forma

to uel utroq̄ȝ modo non habetur ex textu glosa tamē interlinearis dicit q̄ hoc dictū fuit prophetis ꝛ per consequēs in reuela/ tione. tamen illa glosa non est multum au ctentica[Segregate mihi barnabam ꝛ sau lum]ut procedant ad conuersionem gentiū tunc enim isti duo fuerunt ad apostolatuȝ uocati[in opus ad quod assumpsi eos].i.in opus publicationis euangelij sicut ꝛ alij a postoli ad hoc sunt assumpti [tunc ieiunan tes ꝛ orantes imponentesq̄ȝ eis manus] in morem ordinandorum ut dicit interlinearis glo. propter quod aliqui expositores dicūt q̄ hic breuiter inculcāt̄ due historie ita q̄ illi qui erant antiochie ieiunauerunt ꝛ ora uerunt pro ipis ꝛ tunc miserunt eos in hie rusalem ubi erant apostoli ad quos soluȝ manuum impositio pertinebat. Sed textus nō uidetur hoc innuere propter quod me lius dicitur ut uidetur q̄ iam in antiochia in qua notabiliter creuerat ecclesia ut di/ ctum est supra in fine.xi.ca. ad regimē ipi us fuerant ab apostolis aliqui episcopi or dinati ꝛ illuc missi ꝛ illi imposuerunt bar/ nabe ꝛ saulo manus quod spectat ad offi/ cium episcoporum eo q̄ sūt successores apo stolorum.xxi.di.c.in nouo testamento[Et ipsi quidem]Hic consequenter describitur officij impositi executio ꝛ primo publicatio euangelij per paulum cum barnaba. secun do cū sila ca.xv.ibi post aliquot dies. Pri ma diuiditur ī tres partes quia primo po nitur predicatio sauli ꝛ barnabe in cypro secundo in iconio.xiiij.ca. tertio ponitur cuiusdam suborte questionis determinatio ca.xv. Prima adhuc in duas quia ꝑmo po nit̄ apostoloꝝ ꝑdicatio. 2⁹ iudeoꝝ ꝯdictō ibi uidētes aūt. Pria adhuc ī duas[q2 ꝑmo po nitur predicatio apostolorū] in cypri insula secundo in antiochia ibi. Et cum a papho Circa primu mdicitur[Et ipsi quidem mis si a spiritusancto]ut patet ex dictis[abie/ runt seleutiam] que est ciuitas edificata a seleuco rege asie de quo fit sermo.ij.ma/ cha.iiij[. Et inde nauigauerunt cypruȝ]que est insula famosa [[predicabant uerbum in synagogis iudeoruȝ]quia debebant eis de nunciare uerbum euangelicum ut habet̄ infra eodem ca. Habebant autem ꝛ iohan nem in ministerio] scilicet predicationis.ꝛ hic est qui cognominatus est marcus in fi ne capituli precedentis[Inuenerunt quedā

uirum magnum] qui ſua malicia deceperat
proconſulez ⁊ populuz⌊cui nomē bariehu]
Sic eſt in greco ⁊ in libris correctis ⁊ tan
tum ualet ſicut filius ieſu⌊qui erat cum ꝓ
conſule ſergio paulo]ab iſto mutatum eſt
nomen ſauli in paulum ut communiter di/
cunt doctores quia fuit prima perſona no/
tabilis que legitur diuerſa per predicatio
nem ſauli.antiquitus eniz homines ex ali
quo facto notabili ſortiebantur nomina no
ua ſicut iohannes filius ſimonis machabei
ex uictoria quam habuit de hircanis io/
hannes hircanus vocatus fuit ut habetur
ī hiſtoria ſcholaſtica⌊ Reſiſtebat autē illis
elimas magus.]iſte eſt qui vocatus eſt ba
riehu.Elimas enim interpretatur dei mei
menſura uel cenſus.ſic enim faciebat ſe uo
cari ut crederetur nuncius dei⌊querens a
uerte reproconſulem a fide]ut eum magis
in ſua familiaritate poſſet tenere ⌊Saulus
autem qui eſt paulus]hic eſt ille qui prius
ſaulus uocabatur ⁊ non paulus ratione di
cta⌊repletus ſpiritusancto]cuius uirtute vi
debat ea que erant aliјs occulta⌊intuens ī
eum dixit]pronuncians dei ſententiaz⌊ple
nus omni dolo] in agibilibus⌊⁊ omni fal/
lacia]in credibilibus⌊fili diaboli]per imita
tionez in operibus⌊inimice omnis iuſticie]
acquiſite ⁊ infuſe⌊non deſinis ſubuertere]
quantum eſt in te⌊uias domini rectas].i.
fidem ⁊ mores ⌊Ecce manus domini ſuper
te].i.eius uindicta⌊⁊ eris cecus]ut pena re
ſpondeat peccato ſcilicet cecitas corporis ce
citati tue mentis ⌊⁊ confeſtim ⁊c.].i.in in/
ſtanti ad oſtendendum ꝙ cecitas illa non
fuit a cauſa naturali ſed ſupernaturali⌊tūc
proconſul cum uidiſſet factum]procidēs ex
diuina uirtute in teſtimonium doctrine ꝑ
apoſtolos predicate⌊credidit]cognoſcens ꝙ
deus qui ueritas eſt prima non poteſt eſſe
teſtis falſitatis⌊ammirans ſuper doctrina
dei]ꝙ eſſet tante excellentie ꝙ confirma/
retur operibus diuina uirtute factis.⌊Et
cum a papho]Hic conſequenter deſcribit
apoſtolorum predicatio in antiochia. Cir/
quam primo ponuntur quedam preambu/
la ſcilicet de receſſu iohannis ⁊ acceſſu ad
anthiochiam.ſecunda ponitur ipſa predica
tio ibi.Surgens autem paulus.Circa pri/
mum dicitur⌊Et cum a papho nauigaſſet
paulus ⁊ qui cum eo erant⌊ſcilicet barna/
bas ⁊ iohannes⌊uenerunt pergen] nomen
eſt ciuitatis in regno pamphilie⌊iohannes
autem diſcedens ab eis] huius autem re/
ceſſus cauſam non exprimit textus non ui
detur tamen fuiſſe rationabilis quia pro/
pter ipſum paulus iudicauit eum non eſſe
iterum recipiendum in ſocietate eorum ut
habetur infra.xv.ca.⌊ Illi uero pertranſe
untes pergen uenerunt anthiochiaz perſi
die]hoc dicitur ad differentiam anthiochie
edificate ⁊ denomiate ab antiocho magno
de qua dictum eſt in principio huius capi/
tuli⌊Et ingreſſi ſynagogam die ſabbato/
rum]in qua congregabant͡ iudei⌊ſederūt]
ad audiendum.ideo ſubditur⌊poſt lectionē
autem legis ⁊ prophetarum miſerunt prin
cipes ſynagoge ⁊c.]ex quo patet ꝙ eoruz
predicatio fuit efficacior ex hoc ꝙ ſe non ī
geſſerunt ad predicandum ſed rogati fue/
runt⌊Surgens autem]Hic conſequent͡ po
nitur ipſa predicatio in qua paulus ad eo/
rum conuerſionem facit talem rationez.Il
le deus qui tot beneficia patribus antiquiſ
contulit redemptionem uobis in ſemine da
uid promiſit.ſed hāc in ieſu nazareno im/
pleuit ergo ei adherendum eſt tanquaz ve
ro redemptori.primam autem propoſitionē
concedebant ⁊ adhuc concedunt omnes iu/
dei ſed ſecundaz negabant ⁊ adhuc negāt
Sic ergo procedit apoſtolus quia primo tā
git beneficiorum collationem ⁊ benedictio
nis promiſſionem.ſecundo eius adimpletio
nem ibi Huius de?.tertio infert concluſio
nem intentam ibi.Uidete ergo. Circa pri
mum dicitur⌊Surgens autez paulus]ut me
ius audiretur in tanta multitudine ⌊Uiri
iſrabelite]qui habetis legis ⁊ ꝓphetaꝝ no
ticiā⌊qui timetis deum]uitantes eius offē
ſam hoc enim dicit captando eorum beni
uolentiaz ⁊ ut in melius recipiant eius ex
hortationē⌊ Deus plebis iſrael elegit pa/
tres noſtros]in abrahaz⌊⁊ plebem exalta
uit]per ipſum ioſeph cum eſſent incole in
terra egypti]ī qua poſt mortē ioſeph ſub
iecti fuerunt graui ſeruituti ut patet exo.
primo]⁊ in brachio excelſo].i.in ſignis mi
rabilibus⌊eduxit eos ex ea]ut patz ī exo.
⌊⁊ per.xl.annorum tempus mores eorum]
malos⌊ſuſtinuit in deſerto]quia multociēs
rebellauerunt domino . ut patet in libris
exo.⁊ numeri ⌊deſtruens gentes.vij.]ſcili
cet cananeos amorreos eneos ⁊ ieſubeos
pherebeos grigeſeos etheos.ut patet in

libro iosue⌊ sorte distribuit terraȝ eorũ eis]
ut patet iosue. xiij. ⌊ quasi post quadrigen
tosquinquaginta annos]scilicet a natiui/
tate isaac a qua usqꝫ ad exituȝ de egypto
fluxerunt anni. cccc. ut ostensum fuit geñ.
xv. ⁊ supra. vij. ca. ⁊ quadraginta usqꝫ ad i
gressum terre promissionis ⁊ inde. x. qui/
bus pugnauit iosue cõtra gentes predictas
ante diuisionem terre unde dicit iosue. xi.
multo tempore pugnauit Josue contra re
ges istos⌊ ⁊ post hoc dedit iudices]ad regi
men populi iude. primo usqꝫ ad samuel ꝓ
phetam⌊ inclusiue quia fuit ultimus iudex
⌊ ⁊ exinde postulauerunt regẽ] primo reg.
viij. ⌊ ⁊ dedit illis deus saul filium cis] pri/
mo reg. x. annis. xl. in hoc uumero inclu/
ditur tempus quo samuel populum iudica/
uit quia saul tantum annis. xx. regnauit
⌊ Et amoto illo]propter peccata sua⌊ susci/
tauit eis dauid regem]primo reg. xvi. tũc
enim unctus fuit per samuelem⌊ Cui ⁊ te/
stimonium perhibens dixit ⁊c. primo re/
gum. xiij. ⌊ Huius deus⌊ Hic consequenter
apostolus declarat diuine promissionis im
pletionem. secundo ad hoc inducit scriptu/
re testificationem ibi. Et nos uobis. Circa
primũ dicit⌊ Huius deus]scilicet dauid ⌊ ex
semine secundum promissionem eduxit isra
el]saluatorem iesum]. ꝙ enim fuerit de se/
mine dauid patet math. i. hoc etiam conti
netur in annalibus iudeorum . Intelligen/
dum tamen est christum a dauid descendis
se secundum corpulentam substantiam tan
tum ⁊ non secundum rationem seminalem
ꝙ autem iesus nazarenus sit saluator isra
el declarat primo per predicationem io. ba
ptiste que fuit sic auctentica ꝙ christus eẽ
credebatur nõ solum a uulgaribus sȝ etiã
a maioribus ut patet iohãnis primo. ⁊ ideo
subditur⌊ Predicante iohanne] denunciãdo
christum uenturum de proximo ⁊ ipm ostẽ
dendo cum digito dicens. Ecce agnus dei
⁊c. io. primo⌊ baptismum penitentie] ut po
pulus esset dispositus ad christum recipiẽ
dum ⁊ ut baptismus iohannis esset dispo/
sitiuus ad baptismum christi⌊ quem me ar
bitramini ⁊c.]per hoc apparet io. humili/
tas ⁊ etiaȝ ueritas⌊ cuius non sum dignus
calciamenta pedum soluere]. i. officium si/
bi etiam minimum impendere. non enim i
telligitur per hoc quod christus calciatus i
cesserit sed ꝙ iohannem improportionabi/
liter excesserit. Hic enim modus loquendi
non solum ad homines sed etiam ad inani
mata applicatur sicut de uino multum de/
bili cõparando ipm ad vinum optimum di
citur ꝙ non est dignum illud discalciare si
gnificando ꝙ nullius est momẽti respectu
illius⌊ uobis uerbum]scilicet incarnatũ⌊ sa
Visio stephani non uidet᷑ fuisse corporalis ex mō loquendi qḋ patet discurrendo ꝑticulas litttore hic positas. Nā ex hoc ꝙ dicit. Cum esset stephanus plen⁹ spiritusancto nō habet᷑ ꝙ uisio illa quā tunc uidit esset corporalis. ex plenitudine enī spiritussancti quādoq̧ hominib⁹ reuelant᷑ aliqua supnaturalia etiā sine aliqua uisione imaginaria uel corpali ut dicit᷑ de dauid. ij. reg. xxiij. ca. sicut lux aurore oriente sole mane absq̧ nubibus rutilat. Itē nec ex hoc ꝙ dicit᷑ intēdens in celū hoc habet᷑. nā hoc pōt plane intelligi de rectitudine intētionis stephani qui solū in deū q in celis habitat tēdebat sicut primo machabe. ꝑmo ca. dicit᷑. Sʒ nūc clamem⁹ i celū ad designādū ꝙ affectio orātiū seu clamātiū solū dirigebat᷑ in deū habitātē i celis. Nec ēt ex hoc ꝙ seqtur Uidit gloriā dei. habet᷑ ꝙ uisio illa fuissʒ corporalis sicut nec uisio ezechielis in qua legit᷑. Aperti sunt celi ⁊ uidi uisiones dei ezechielis primo ca. que quidē uisio apud oēs cōmuniter dicit᷑ fuisse imaginaria cū mentali tamē perceptione ꝑut est in ꝓphetijs unde probabilius uidet᷑ dicendū hic ꝙ uisio stephani fuit imaginaria cui⁹ significatū mentalit᷑ ꝑfecte cognouit. Sed attendendū ꝙ altitudo gradus uisionis stephani respectu uisionuʒ aliaꝝ ꝓphetaliū ex multis potest considerari. primo ex ui luminis mētez illustrantis. nā sicut maior uis prophetie luminis est q̄ animā occupatā circa sensibilia invigilando abstrahit ad supnaturalia q̄ʒ illa que animam abstractā a sensibilibus in dormiēdo inuenit ut in secunda secunde. q. clxx. articulo. iij. sic maior uis supnaturalis luminis est q̄ animā maxime afflictā in tormentis nihilomin⁹ ad supnaturalia abstrahit q̄ʒ illa que animā tantuʒ circa sensibilia occupatā sed non afflictā inuenit sicut in uigilijs. Itē quanto signa in reuelationibus ꝓpheticis uisa magis sunt expressiua ueritatis tāto altiora sunt i gradu ꝓphetico sicut signa hieremie ostensa icēdio ciuitatis. hiere. ꝑmo. altioris grad⁹ fuerunt q̄ʒ signa pharonis de spicis geñ. xli. ut i ꝑdicta q̄stione. unde quia uisio stephani maxīe fuit exp̄ssiua dignitatis christi ad dextrā patris stantis ideo altior cōsiderat᷑ ⁊ eius mēs magis uidet᷑ appropinquare ad causā reuelantē. Itē eius altitudo cōsiderat᷑ ex conditione christi uisi ad dextrā dei stantis qḋ est magis q̄ʒ deū uidere sedentē sup soliū ꝛc. cū seraphin astātib⁹ ut esa. vi. sicut maior est dignitas xp̄i ad dextrā dei sedētis q̄ʒ angeloꝝ ut apostolus probat ad hebre. primo.

In ca. ix. ubi dicitur in postilla. Ego enim ostēdā illi ꝑ effectum quanta oporteat ꝛc.

Additio.

Oc quod dicit᷑ Ego enī ostēdā illi quanta oporteat eū pro nomine meo pati videt᷑ impletū quādo rapt⁹ fuit in paradiso ut habet᷑. ij. corin. xij. In hac enī uisione intelligit᷑ ꝑmia beatoꝝ uidisse que excedūt totā humanā facultatem nā quod oculus nō uidit nec auris audiuit ꝛc. prima corin. ij. ⁊ sic ostensū fuit sibi qḋ non sunt cōdigne passiones huius seculi ad futurā gloriā ꝛc. ad ro. viij. Ex quo ostendit᷑ manifeste quāta oporteat pati ꝑ amore christi.

In ca. x. ubi dicit᷑ in postilla in ueritate cōperi. i. experimento probaui.

Additio.

Oc quod dicit hic. In ueritate cōperi. non uidet᷑ referendum ad experimētū sensibile seu corporale quia scire ꝙ deus nō ē acceptor personaꝝ non cadit sub sensu. Referendū est igit᷑ ad veritatē rationis secūdū quā cōperit᷑ ꝙ de⁹ q summe bonus ⁊ summe iustus ē non debet esse ꝑsonaꝝ acceptor. Si aūt dicat᷑ ꝙ ex hoc ꝙ gētiles in primitiua ecclesia baptizabant᷑ ꝓphetabant ⁊ habebāt dona linguaꝝ sicut ⁊ iudi per hoc experimēto probat᷑ ꝙ deus non discreuit inter iudeos ⁊ gentiles quātū ad salutē eternā. Dicendū ꝙ ꝓphetare ⁊ linguis loq sunt gratie gratis date tantū ⁊ non grates facientes ⁊ idō per talia nō probatur propositum.

In ca. xv. ubi dicitur in postilla ⁊ suffocatis in sanguine ꝛc. hunc enim cibū cōuersi de iudaismo abhorrebant.

Additio.

Carnes animaliū suffocatoꝝ he
brei credūt esse illicitas ad esuꝫ
⁊ hoc habent ꝑ traditiones tal
mudicas ⁊ ideo ꝑ decollationes
eas interficiunt. In quo etiā sarraceni eos
sequunt̄ unde nō abstinēt a talib⁹ carnib⁹
q2 eas abhorrent sꝫ q2 eas estimāt illicitas
In ca. xvi. ubi dicit̄ in postilla nec ista cir
cūcisio fuit ficta ut dicit hieronymus.

Additio.

Simulatio quā hic ponit hiero/
nymus nō sic itelligēda ē qua
si illos actus secūdū rei ueritatem non fecis
set sꝫ quia nō faciebat tanq̄ꝫ legis cerimo
nias obseruans sed solū quadā pia similati
one ne scandalizaret iudeos ⁊ eoꝝ cōuersi
onē ipediret sicut siq̄s pelliculā uirilis mē
bri abscideret ꝓpter sanitatē non causa le
galis circuncisionis obseruāde ut in prima
secunde. q. ciij. ar. iiij.
In eodē ca. ubi dicit̄ i postilla dicit hic glo
sa ꝙ timore spiritussancti cogente spiritus
mendax uera loquebat̄.

Additio.

Paulus nō intelligit̄ hic doluisse
de hoc qđ spiritusancto cogēte
factum erat sed de hoc ꝙ puella a diabolo
possidebat̄ ut in glosa interlineari ⁊ ideo
hec glosa non videtur reprobanda.
In ca. xviij. ubi dicit̄ in postil. ꝙ hec eccly
psis durauit tribus horis.

Additio.

Eclypsis solaris hīi durat quan
doq̄ꝫ tribus horis crescendo ⁊
minuendo in obscuritate licet in mora ob
scuritatis ualde modico tēpore duret.
In eodeꝫ ca. ubi dicit̄ in postilla In ipō enī
uiuimus mouemur ⁊ sumus.

Additio.

In hoc ꝙ dicit apostol⁹ i quo
uiuimus mouemur ⁊ sum⁹ pos/
sunt intelligi tria in que philosophi ꝓnci/
paliter intēdebant scilicet ens in quod ꝓn
cipaliter aspiciunt methaphysici q̄ tractāt
de ente ut ens. et de hoc dicit apostol⁹ su
mus. Secūdū ꝓcipale ē motus de quo tra
ctant physici considerātes corpus inquātū
mobile ut in libris physicoꝝ. Tertiū ē uita
de qua tractāt in libris de anima ⁊ de ani
malibus ⁊ plantis. Et de hoc dicit in ipso
enī uiuim⁹ quasi diceret apostol⁹ philoso/
phis atheniensib⁹ quāuis nō longe sit ab
unoquoq̄ꝫ uestrū. i. nō est nec debet eē lō
ge ab unoquoq̄ꝫ uestrū qđ dicit̄ i ipō enī
uiuim⁹ mouemur ⁊ sum⁹. i. ꝙ ab ipso ha
bemus uitā ⁊ motū ⁊ eē circa quoꝝ trium
cognitionem communiter laboratis.
In ca. xx. ubi dicitur in postilla uerbū enī
in scriptura frequenter accipitur pro facto

Additio.

Verbū gratie in hoc loco secun
dū glosam intelligit̄ uerbū qđ
prestat gratiam audientibus.
In eodem ca. ubi dicitur in postilla beati⁹
est magis dare q̄ꝫ accipere.

Additio.

Hec conclusio apostoli scilicet ꝙ
beatius ē magis dare q̄ꝫ acci
pere uidet̄ habere non modica in ratōnis
dictamine fundamēta. potest enim ꝑmo in
participatione diuine beatitudinis fundari
sic. Nā diuina beatitudo cōplectit̄ omnes
beatitudines sicut ⁊ diuina perfectio cōple
ctit̄ omnem perfectionem ut in prima ꝑte
q. xxvi. Constat autē ꝙ deo maxime com
petit dare creaturis tam in esse nature q̄ꝫ
in esse gratie ⁊ glorie prout cōmuniter scri
ptura testat̄. Non autē conuenit sibi acci
pere quia bonorum nostroꝝ non eget ut i
psal. ergo beatius est dare secundū ꝙ deo
assimulamur q̄ꝫ accipere per quod a parti
cipatione diuine similitudinis deficim⁹. Itē
quia dans acquirit in datione bonū hone/
stum sed recipiēs nō acquirit in receptōne
nisi bonū utile. bonum aūt honestū melius
est q̄ꝫ utile secūdū philosophū. Item ad dā
tem pertinet agere. ad recipientē auteꝫ ꝑ
tinet pati ⁊ sic habet̄ intentū. Item excel
lentius est agere q̄ꝫ pati ⁊ per consequens
uirtuosius. quia uirtus circa difficile consi/
stit que quidē tres ultime rationes possūt
haberi a philosopho in. ix. ethicoꝝ. ubi tra
ctat de amore beneficiatoris ad beneficiatū
⁊ econtra. His tamen dimissis quia aposto
lus fundat se in auctoritate diuina dicens
Quoniam ipse dixit scilicet christus Be
atius est magis dare ⁊c. Attendendum est
ꝙ licet ista uerba cōtineant̄ sic sub eadeꝫ

forma in euangelio continent̄ tamen uir/tualit̄. loquēdo eni de datione prout ptinet ad elemosynā uel ad beneficentiā de q̄bus uel saltem de altero eoꝝ apostolus agit ad presens. ut in littera patet. Constat q̄ christus in multis locis euāgelij datione cōmēdauit, p̄cipiens seu cōsulens actus ad hoc pertinenentes. De elemosyna eni patet cū dicit ca. Date elemosynā ꝛ omnia mūda sunt uobis. abscondite elemosynā i sinu pauperis ꝛc. ꝛ sic in multis alijs locis. De datione uero q̄ pertinet ad beneficentiam math. v. dicit̄ Benefacite his q̄ oderūt uos ut sitis filij patris uestri q̄ solē suum facit oriri sup bonos ꝛ malos ꝛc. non tamē legitur cōmendasse precepisse seu consuluisse receptōnē nec mēdicationē. Similit̄ in hoc q̄ dicit Uade ꝛ uēde omnia que habes ꝛ da paupib⁹ ꝛ ueni sequere me. manifeste ostē dit q̄ perfectio cōsistit in dando oīa pauperibus ꝛ sequēdo christū. Et lꝫ sequela christi sit pfectior. tamē datio illa seu erogatio a christo p̄cepta seu cōsulta ē dispositio ad illā pefectionē nō tamē acceptio ei opposita. unde acceptio elemosynaꝝ seu beneficiorū nō precipitur nec cōsulit̄ seu cōmēdat̄ unde nec habet rationem beatitudinis seu uirtutis. necessitas tamē ad eā quādoqꝫ cōpellit q̄ necessitas rōnē meriti ab ea excludit iuxta illud apostoli prima corin. ix. ca. Si euāgelizauero nō ē mihi gloria. necessitas tamen mihi incūbit. Auctoritas aūt que allegat̄ in postilla de ecclesiasticis dogmatibus nō obstat nā ibi cōmēdat̄ egestas nō ppter seipam sed propter solutionē a solicitudine. Si eni aliquis habundās diuitijs tante pfectionis eēt ut ex earū solicitudine nō impediret̄ a dei dilectione nihilominus eēt pfect⁹ quātū ad statū uie ptinet. De abraham eni q̄ magnis habundabat diuitijs legit̄ geñ. ca. xvij. Ambula corā me ꝛ esto pfectus. Similiter patet de dauid ꝛ de multis alijs. Idem dicendū de auctoritate hieronymi quia in respōsione diuina quam allegat tota perfectio principaliter dependet a sequela christi cū dicit. Ueni ꝛ sequere me. Ex quibus omnibus potest concludi q̄ simpliciter loquendo. Beatius est dare q̄ꝫ accipere prout sonant uerba apostoli nihil eis addēdo. licet quādoqꝫ secūdum quid egere sit perfectius sicut egere propter sequelam christi.

In ca. xxvi. ubi dicitur in postilla ut cōstituam te ministrum ꝛ testē eorum que uidisti ꝛ audisti.

Additio.

Licet in rebus humanis efficax testimoniū principaliter ē p uisum nō p auditū tamē in his q̄ pertinent ad fidem testimoniū efficax ē per auditum Fides eni ex auditu. ut ad ro. x. ca. p̄sertim cū illa que habent̄ ex auditu scilicet auctoritate sacre scripture p̄prie applicantur ad ea que uident̄. tūc eni testimoniū reddit̄ magis efficax sicut cuꝫ illa que credebant̄ de christo i lege psalmis ꝛ prophetis implebant̄ i eo tūc auditus ꝛ uisus simul ueꝝ testimoniū tribuebant de christo. unde luc. xxiiij. Oportet ipleri ea q̄ scripta sunt in lege psalmis ꝛ prophetis de me de qua cōcordia scilicet uisus ꝛ auditus psalmista dicit. Sicut audiuimus ita uidimus ꝛc. ꝛ de tali uisu ꝛ auditu reddebat apostolus testimonium.

In ca. xxvij. ubi dicit̄ in postillla. Et cum iam non esset tuta nauigatio.

Additio.

Hoc quod dr̄ Cū iā nō esset tuta nauigatio eo q̄ ieiuniū iam p̄cesserit nō uidet̄ referendū ad debilitatē nautaꝝ ppter paucitatē cōmestionis p̄teritē. tū q̄ ppter hoc nō proprie diceret̄ nō esse tuta nauigatio sed q̄ naute erāt debiles. nauigatio eni tuta fuisset cū fortioribus nautis. tum q̄ naute ppter tempestatē ꝛ timorem nō desinūt sustentationē cibi sumere intantū q̄ dicant̄ ieiuni. Unde melius uidet̄ dicendū q̄ ratio huius quod dicitur Cū iam non esset tuta nauigatio ē ppter tempoꝝ differentiā q̄ iam tempus autumnale incipiebat in quo non sunt tute nauigationes p̄sertim longinque. q̄ autē iam incipiebat autūnale tēpus declarat cū subdit eo q̄ ieiuniū iā preterijsset. Ad qd̄ sciēdū q̄ ieiuniū p̄ncipalissimū ꝛ celeberrimū iudeoꝝ est festuꝫ expiationis qd̄ est decima die mēsis septimi. ut habet̄ leui. ca. q̄ qdē mēsis cōcurrit cōmunit̄ cū mēse septēbri ꝛ sic eius decima dies cōmuniter ē ppe equinoctiū autūnale a pte ante uel post. ꝛ sic incipiebat tempus ineptū ad nauigandū Nec obstat quod obijcit postillator dicens

44

q̄ cēturio milites ⁊ naute talia ieiunia nō seruabant quia hec ratio nō pendet ex obseruantia ieiunij sed ex mutatione temporum ab estate in autumnum.

Aditiones sup actus apostoloꝝ finiūt. Incipit postilla sup epistolas canōicales sāctorū Jacobi Petri Johānis euāgeliste ⁊ Jude

Quattuor sūt minima t're ⁊ ipa sūt sapiētiora sapientib⁹. puer. xxx. Septē epl'e q̄ canonice. i. regulares nūcupant' edite sūt a q̄ttuor aplis iacobo petro iohāne ⁊ iuda. Et in uno libro collocantur. iō debent' his auctoribus s꜀ ministerialit' tantū. nā auctor pīcipalis ē spiritussanctus. iō pōt cōuenient' dici uerbū ꝓpositū Quattuor sūt minima terre ⁊c̄. In quo circa istos aplōs tria notant'. Numerationis typus ibi Quattuor sūt. Humiliatōis act⁹ ibi Minima terre. Cōtēplationis excessus ibi Et ipa sunt sapientiora sapientib⁹. Circa primū sciendū q̄ quaternarius est p̄m⁹ numerus quadrat⁹ q: cōsurgit ex ductu p̄mi numeri scilicet binarij in seipm. bis eni duo quattuor sūt. quadratura uero pfectionē ꝟtutis figurat ut philosoph⁹ p̄mo ethicoꝝ uirtuosū uocat q̄dratū dicēs q̄ utiqz uere bon⁹ ⁊ quadrat⁹ sine uituperio. Nā sicut corp⁹ quadratū in quolibet latere optime sedet ita uirtuosus i quolibz casu ⁊ fortuna bene se habet. Isti uero quatuor apostoli fuerunt uirtute perfecti ꝑpt' quod in multis quaternarijs sunt figurati. Isti eni sunt quattuor fluuij paradisi aqua sapiētie militantē ecclesiā irrigātes. geñ. ij. Quattuor aurei circuli in archa testamēti q̄ est xp̄us in eius lateribus existētes exo. xxv Quattuor uenti celi mortuos uiuificantes ezech. xxxvij. Quattuor uiri i fornace tribulationis illesi pmanētes. danielis. iij. ubi dicit' q̄ species unius quasi species filij dei quia beatus iacobus dei filio iesu xp̄o i forma ⁊ figura corporis fuisse dicit' simillimus Ibi sunt quattuor fabri cornua peccatorum deijcientes. zach. primo. Et alij plures quaternarij possent ad ꝓpositum induci de sacra scriptura sed isti sufficiāt. Circa secundū sciendum q̄ humilitas est decus ⁊ custos omnium uirtutū. Gregorius Qui ceteras uirtutes sine humilitate congregat quasi puluerem in uentū portat. Isti uero quattuor apostoli sicut ex eoꝝ actibus ⁊ doctrina patet fuerunt humilimi. quod notat' cū dicitur Minima terre unde quilibet eoruz potuit dicere illud prima corin. xv. Ego sū minimus apostoloꝝ. Fuerūt enim apostoli de natura principioꝝ q̄ sūt minima quātitate ⁊ maxima uirtute sic isti apostoli p ueram humilitatē minimi fuerunt in sua reputatione ⁊ maximi p suā pdicationē in fidelium multiplicatione secūdū illud esaie. xl. Minimus erit i mille ⁊ paruulus in gentē fortissimā. Circa tertiū cōsiderādū q̄ sicut dicit' puer. xi. ubi humilitas ibi sapiētia. ppter quod circa istos apostolos post actuz humiliationis notat' excessus cōtēplationis cum dicit' Et ipa sunt sapientiora sapientibus. sapientes aūt hui⁹ mundi reputati sūt philosophi qui tamē ad uerā sapientiā que xp̄us est non attigerunt secundum q̄ dicit hieronymus in epistola ad paulinū de omnibus sacre scripture libris. hoc doct⁹ plato nesciuit. hoc Demosthenes eloquēs ignorauit. Isti autē apostoli hāc sapiētiā attigerunt. ⁊ sic sapientiores sapiētib⁹ fuerunt de quo potest exponi qd' dr̄ prima corinth. primo Qd' stultū ē dei. i. qd' dr̄ de deo secundū errorē gētiliū sapientius ē hominibus . i. cōtinet maiorē sapiētiam q̄z ab hominib⁹ possit capi ad plenuz. Dei aūt fuerunt ⁊ sunt isti apostoli tanq̄z mēbra p̄ncipalia corporis ei⁹ mystici. Et licz stulti ac stolidi fuerunt a mundi sapientib⁹ reputati tamen fuerunt sapientissimi. Sapiētia enim philosophoꝝ fuit deorsū descēdēs ex cognitōe istorū sensibiliū ⁊ corruptibiliū ⁊ ducēs i amorē terrestriū ꝑpter quod dicit' terrena animalis ⁊ diabolica. iacobi. iij. Sapiētia vero aploꝝ fuit desursū descēdēs a patre luminū eoꝝ mētib⁹ inspirā p spiritu sanctū ꝑpt' quod fuit pudica pacifica modesta suadibil' bonis consentiēs plena misericordia ⁊ bonis fructibus q̄bus pfecte fruent' electi in aula celestis glorie ad quā nos perducat q̄ sine fine uiuit ⁊ regnat.

Prologus in canonicas epistolas incipit.

Non ita est ordo ⁊c̄. In isto prologo tria tangit hieronym⁹ que reddūt auditores

dociles beniuolos ⁊ attentos. Primo tan/
git ordinē ⁊ numeꝝ canonicaꝝ epistolarū
Per quod auctor docilis reddit᷑. Dicit er
go Tulli⁹ ꝙ dociles auditores habere po
terimus si sūmā cause breuiter exponam⁹
secūdo tangit᷑ utilitas ⁊ difficultas operis
ꝑ quod auditores attētio excitat᷑. dicit enī
Tullius attentos habebimus si pollicemur
nos de rebus magnis nouis inusitatis uer
ba facturos. Tertio conuertens sermonē
ad eustochiū tangit incommoda que eū cir
cunstant propter interp̄tationē sacre scri/
pture. Per quod beniuolentia captura dicit
Tullius Beneuolos auditores facere pos/
sumus si nostra incōmoda referim⁹ īopiaꝫ
solicitudinē calamitas ⁊c̄. Secūda ps inci/
pit ibi Que si ut ab eis digeste sunt ⁊c̄.
Tertia ibi Sed tu uirgo christi ⁊c̄. In pri
ma pte duo tangunt᷑. Primum est ꝙ lati
ni nō ita ordinant istas epistolas sicut greci.
ci. Secundū est quod eaꝝ rectus ordo habe
tur secūdū traditionē hieronymi quod no
tatur ibi Sed sicut euangelistas. dicit er/
go [non ita est ordo septeꝫ epistolaꝝ] glo.
Septem sunt propter septē dona spiritus/
sancti uel propt᷑ fidē sancte trinitatis quā
continent que per quattuor mundi partes
diffusa est. Ordo ⁊ numerus ⁊ actores ista
rū epistolarum habent᷑ per istū uersiculū
Una iacob. pe. due tres sūt iohan. vnica iu
de [que canonice nuncupant᷑] .i. regulares
ad distantiaꝫ earum quas fecerunt pseudo
sub nominibus apostoloꝝ [uel catholice] .i.
uniuersales a fide uniuersalis ecclesie qꝛ nō
uni populo non uni ciuitati scripte sunt sꝫ
uniuersali ecclesie. Catholicon grece uni/
uersale latine [Non est inꝗ̃ ita ordo apud
grecos qui integre sapiunt] quantū ad co/
gnitionem credendorum [Et fidē rectaꝫ se
ctant᷑] quantum ad opa fidei. q d. habent
cognitionis pfectionē in credēdis. habent
fidei directionē in agendis unū enī istoruꝫ
non sufficit sine reliquo. Unde iacobi. ij. fi
des sine operibus mortua est. Et cōsequē
ter dicit᷑ ibi de abraham fides cooperabat᷑
operibus illius ⁊ ex operibus fides cōsum
mata ē [Sicut in latinis codicib⁹ inuenit᷑]
scilicet qui scripti sunt ante translationeꝫ
hieronymi [ut] scilicet [Quia petr⁹ ē p̄m⁹
in numero] apostoloꝝ. Cui principalit᷑ date
sunt claues ligandi atqꝫ soluendi Math.
xvi. Tibi dabo claues regni celoꝝ ⁊c̄. vn̄
ecclesia cantat de eo tu es pastor ouiuꝫ p̄n
ceps apostoloꝝ [Prime sunt ei⁹ epistole ⁊c̄]
Hic querit᷑ quare a hieronymo aliter or
dinant᷑. Respondeo possunt ordinari secū/
dum ordineꝫ ⁊ dignitatē scribentiū. Et sic
prime sunt epistole petri uel secundum ordi
nem temporꝫ quibus scripserunt. Et sic p̄
ma est epistola iacobi qui primus scripsit
inter apostolos. Jacobus enim triginta an
nis rexit ecclesiam hierosolymitanaꝫ post
passionem domini scilicet usqꝫ ad sextū an
nū neronis ⁊ tūc fuit martirisatus. Petr⁹
uero. xxxviij. i. ultimo anno neronis. Et
certū est ꝙ in ultimo tēpore uite sue scri/
psit. Unde dicit. ij. petri. i. certuꝫ est ꝙ ue
lox est depositio tabernaculi mei. Ex quo
patet ꝙ scripsit post iacobum Johānes ue
ro multū post euangeliuꝫ ⁊ epistolas suas
scripsit scilicet post morteꝫ domiciani quia
reuersus de exilio inuenit ecclesiam ꝑ he/
reticos perturbatam. ⁊ tunc scripsit euan
gelium ⁊ epistolas contra ipsos [Sed sicut
euangelistas] Hic ostendit᷑ ꝙ secūdū tran
slationem hieronymi recte ordinantur. lit
tera plana est. Hic queritur quid est quod
dicit hic. Euangelistas connreximus. Respō
deo. Connrexit quod pertinebat ad euange
lij ueritateꝫ quod per pseudo fuerat depra
uatum ⁊ quod per translationem imperi/
tiam fuerat īmutatū [Ita has epistolas pro
prio ordini reddimus] scilicet secūdū ꝙ or/
dinate sunt apud grecos ⁊ non secūdū lati
nos antiquoꝝ codices que rectū ordinē nō
habebant [Deo nos iuuante] sine quo ni/
hil possumus facere bene nec etiā cogitare
bonum. ij. corin. iij. fiduciā talē habemus ꝑ
xp̄m ad deū non ꝙ sufficiētes sim⁹ cogita
re aliqd a nobis. q. ex nobis sꝫ sufficiētia
nr̄a ex deo ē Que si sic ut ab eis ⁊c̄ In hac
pte tria tāgunt᷑. Primū ē utilitas trāsla/
tōis debite. 2ᵐ ē error trāslatōis antiq ibi
In qua etiā ab īfidelib⁹ ⁊c̄. Tertiū ē peri/
culuꝫ īcidēs uel īminēs ex huiusmōi errore
ibi. i quo maxīe ⁊c̄. Lr̄a ē plana [Digeste]
i. ordinate eo. s. ordine quo sūt scripte. No
ta ꝙ digero ris. dicit᷑ ordinare uł explica
re uł ordinē describere uł in numeꝝ ordi
nare uel exponere uel diuidere ordinatim
uł euacuare uel ebrietatem deponere cum
cibaria ⁊ potus diuidunt᷑ ⁊ quedam pars

purior transmittit̄ ad mēbra ad alimenta uite. quedam grossior emittit̄ in secessum Et inde dicitur digestus ta. tū. ⌊Ab interpretibus⌋latinis⌊Ambiguitatē⌋ id est dubietatē in ordine⌊ Nec sermonū uarietas⌋ ꝓpter diuersitatem littere⌊ In prima epistola⌋. i. iohānis. v. Tres sunt qui testimoniū dant in celo pater uerbū ⁊ spiritussanctus ⁊ illud omiserāt latini interpretes⌊In quo scilicet testimonio patris uerbi ⁊ spiritus ⌊Fides catholica maxime roborat̄ ⌋ id est confirmat̄ contra hereticos impugnantes ⌊Et una diuinitatis substātia cōprobatur⌋ esse⌊ patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti⌋. i. ꝙ sit una substantia trium personaꝝ. Quod negat arrius sicut sabellius negat eaꝝ trinitatem. vnde uersus. Arrius horret idem dicitq; sabellius idem⌊ In ceteris⌋scilicet a ꝑma iohannis.⌊Sed tunc uirgo christi⌋Hic tangunt̄ duo. Primo enim tangunt̄ incōmoda occasione interpretationis sacre scripture ipsum circunstantia. Secūdo fortitudo ipsius siue constantia ibi Sed ego in tali opere ⁊c̄. Dicit ergo⌊Sed tu uirgo christi eustochium⌋uide supra uersus finez prologi super iosue ⁊ inuenies satis de eustochio⌊Impensius⌋. i. instantius. i. frequenter ⁊ cum magna instantia⌊Meā senectutem⌋ i. me senez⌊Dentibus⌋. i. mordacibus detractionibus. Ecc̄. x. Si mordeat serpens in silentio nihil eo minus habet qui occulte detrahit. prouer. xxxi. Generatio que ꝓ dētibus gladios habet. psal. Ligna eoruz gladius acutus⌊scriptorem falsarium⌋intermiscendo falsa⌊corruptionem sanctarum scriptur aꝝ⌋dānando uera ab alijs scripta. Et hoc contra astericos ⁊ obelos quibus supplebat diminuta. Jugulabat ⁊ dānabat superflua in tali opere tam utili⌊ Nec emulorum meoruz inuidentiā pertimesco⌋ puer. xxviij. Fugit impius nomine persequēte Justus autez quasi leo confidens absq; terrore erit. Nec negabo ueritatē sacre scripture. hoc enim esset inuidere immo communicabo ex charitate⌊Et maxime poscētibus⌋sapientie. vij. quoniam sine fictione didici ⁊ sine inuidia cōmunico.

Iacobus iesu christi⌋ Liber iste diuiditur in quattuor ptes secundum quattuor apostolos hꝰ libri scriptores sicut dictū fuit de libro. xij. prophetaꝝ qui diuidit̄ secūdū numerū. xij. scriptoꝝ. partes aūt libri patebunt prosequendo. Prima pars continet epistolam beati iacobi que diuiditur in duas partes scilicet in prohemium ⁊ tractatum. Secunda incipit ibi Omne gaudium. In prima parte primo describit̄ persona salutans ex nomine cuz dicitur⌊Jacobus⌋iste est iacobus minor frater iude apostoli ⁊ filius alphei. alius uero iacobus qui dicitur maior fuit frater iohannis apostoli ⁊ euangeliste ⁊ filius zebedei. Secūdo ex religione cum dicitur⌊christi seruus⌋non autez dicit apostolus quia sciebat conuersis ex gē tilitate. ut patet act. vi. ⁊ in epistolis pauli in pluribus locis ꝓpter quod ut eos induceret ad humiliationem exemplo sui non nominat se apostolum quod nomen est dignitatis sed seruū quod nomen est subiectionis. Consequenter describunt̄ persone salutate cuz dicit̄⌊. xij. tribubus⌋Ex quo patet ꝙ scribebat de iudaismo. populus eniz iudaicus in. xij. tribus diuidebat̄⌊que sunt in dispersione⌋. i. extra terram iudee. Illos enim qui erant in iudea poterat informare uerbo qui modus informandi efficatior est ꝙ̄ scripto. erat enim episcopus hierosolymitanus ⁊ sic illi qui erant in iudea cuiꝰ metropolis est hierusalem erant de diocesi sua. Consequent̄ exprimunt̄ bona optata cum dicitur⌊salutē⌋ scilicet per gratiam in presenti ⁊ gloriaz in futuro⌊Omne gaudium⌋Hic incipit tractatus in quo beatus iacobus informat credentes bene se habere. primo respectu sui. secundo respectu ꝓximi ca. ij 3º. respectu dei ca. iiij. ibi Adulteri secundum ordinem doctrine a magis ad minus nota procedendo. Ista tamen diuisio non est sic precisa quin in una parte ponatur aliquid de pertinentibus ad alias ⁊ econuerso. ⁊ hoc propter conuexionē uirtutum. Circa primam partem consideran dum ꝙ respectu sui homo bene se habz ꝓ hoc ꝙ tentationibus uiriliter resistit ⁊ ꝓ hoc ꝙ ueritati humiliter acquiescet ꝗa per primum uitantur uicia ⁊ acquiruntur uirtutes morales. per secundū uero expellitur ignorantia ⁊ acquirunt̄ uirtutes intellectuales. secūda īcipit ibi Scitis frēs mei. Prima diuidit̄ in tres nā beatꝰ iacobus ꝑmo ponit suam informationem. secundo infert intentā conclusionem ibi Glorier̄ aūt tertio remouet erroneam opinionem ibi

qs fuit iacobꝰ minor: ⁊ qs maior. festm iacobi minoris celebrat̄ p̄ maij. festm uō Jac. maioris 25. July.

Nemo cū tentatᷣ. prima adhuc in duas q̄ꝛ primo inducit ad resistendum tētationibꝰ i casibꝰ certis. secūdo i dubijs ibi. Siq̄s aūt Ad euidentiam primi cōsiderandū q̄ꝫ tētationes metum inducentes de amissione boni iam habiti sunt vehementiores q̄ꝫ ille q̄ inducunt appetitū de acquisitione non habiti. unde dicit augu. Terrena diliguntur artius adepta q̄ꝫ cōcupiscentia constringat nam illa q̄ uelut incorporata prescinduntur. ista uero uelut extranea repudiantᷣ ꝛ quāto sunt magis intrinseca tanto metus de amissione est uehementior sicut metus de amissione uite uel mēbroꝝ aliquorum q̄ꝫ de amissione bonoꝝ possessoꝝ. ꝛ ideo q̄ bene resistit tentationibus istis bene potest resistere ꝛ alijs quia secundū q̄ꝫ dicit quidam. Non est consentaneum rationi cupiditate eum uinci qui metu non frangitur. Et ideo beatus iacobus docens resistere tētationibus ponit exemplum de tentationibus metū inducentibus de amissione boni iaꝫ habiti cuiusmodi sunt persecutiones. in personis uel rebus iaꝫ possessis. dicit ergo [Omne gaudium] .i. celeste gaudiuꝫ qd̄ includit in se perfectionem eminentius omnis boni gaudij [existimate fratres mei] finaliter consequi [cum in tentationibus uarijs incideretis] si fortitᷣ eis resisteritis [scientes q̄ꝫ probatio fidei uestre [in persecutionibus per quas declaratᷣ homo fideliter adherere deo quando p aduersa quecunq̄ꝫ non sepatur ab eo [Patientiā operatᷣ] naꝫ per talem sufferentiā frequētatam uirtus patientie acquiritᷣ per quem quidem habitum sufferentia taliuꝫ que primo erat sibi difficilis redditur facilis [Patientia autem opus perfectum habet] In persecutionibus enim illud quod primo occurrit sustinenti est tristicia ex hoc ulterius insurgit ira q̄ est appetitus uindicte contra persequentē ꝛ tertio odium. uirtus autem patientie aufert tristiciaꝫ istā ut pꝫ ex dictis. ꝛ sic prescindit radicem duobus alijs quia qui nō tristatur in persecutōne non irascitᷣ cōtra persequentem nec odit eum ideo bene dicitur q̄ꝫ in hoc habet opus perfectuꝫ ꝑpter quod subditur [ut sitis perfecti ꝛ integri] quia qui bene resistit tētationibus istis de facili resistit alijs ut supra dictum est [i nullo deficiētes] quia sicut supra dictum ē non solū per hoc euitantur uicia sed etiam acq̄

runtᷣ opposite uirtutes [Si q̄s] Hic consequentᷣ docet resistere tētationibus in casibus dubijs. tentatᷣ enim quis aliquādo de aliquo perpetrando q̄ ignorabat esse licitum ꝛ aliquādo de malo sub specie boni. ꝑpter quod ad resistendū tētatōni in huiusmodi casibus necesse habet ab alio dirigi. Infallibile uero directiuum est ipse deus q̄ nō deficit ad se ueraciter recurrentibꝰ q̄ꝛ si natura non deficit in necessarijs multo minus auctor nature ꝑpter quod tales dirigit per seip̄m uel per ministrum sicut patet act. x. de cornelio ad cuius directionem misit petrum. ideo dicit beatus iacobus [Si quis autē vestrū indiget sapientia] quod contingit in dubijs [postulet a deo qui dat omnibus affluenter] nam omnibus hominibꝰ dat bona nature que sunt magna ualde ꝛ hoc super se disponentibus dat bona grē que sunt maiora ꝛ perseuerātibus bona glorie que sunt maxima [ꝛ non improperat] scilicet gratis. nam frequenter ingratis iudeis improperauit per prophetas beneficia eis exhibita in exitu de egypto i deserto ꝛ in terra promissionis [ꝛ dabitᷣ ei] nam petitio semꝑ exauditᷣ quando fit pie pro se ꝛ perseueranter [postulet autē in fide] iesu christi [nihil hesitans] de diuina potestate ac etiam uoluntate dandi petentibꝰ debite scilicet pie pro se ꝛ perseuerantᷣ [q̄ enim hesitat] de potestate uel uolūtate diuina [similᷣ ē fluctui maris] q̄ꝛ ē instabilis nō habēs mētē in deo stabilitᷣ fixā [nō ergo estimet hō ille q̄ꝫ accipiet aliq̄d a dño] de ꝑtinētibꝰ ad bona gratie q̄ꝛ nature bona sunt bonis ꝛ malis cōmunia. math. v. q̄ solē suū oriri facit sup bonos ꝛ malos ꝛc̄. Si aūt aliq̄s hesitet de proprio defectu i petēdo dubitās ne petat insufficienti modo ꝑ tali hesitatione nō impeditᷣ sue postulationis exauditio sed hesitās de deo ipeditᷣ de quo adhuc subditur [uir duplex animo] nunc deo adherens nunc mūdo [inconstās in omnibus est vijs suis] id est operibus suis nihil ducens ad profectuꝫ [Glorietur] Postquam beatus iacobus induxit ad resistendum persecutionibus Hic consequenter concludit intentum scilicet q̄ꝫ non solum sunt sustinende patiēter sed etiā gaudenter propter premium secundum q̄ꝫ dicit saluator math. v. Beati estis cum maledixerint uobis hoīes ꝛ persecuti uos fuerit ꝛc̄.

46

Sequitur gaudete ⁊ exultate quoniā mer
ces uestra copiosa est incelis. ⁊ hoc est qd
dicitur⌊glorietꝰ autē frater humilis⌋.i.ab
iectus ⁊ depressus⌊ in exaltatione sua⌋ in
celestibus futura⌊diues autem in humilita
te sua⌋ironica est locutio ut dicit glosa.cui
concordat sequens littera cū dicitur⌊quo/
niam sicut flos feni transibit⌋ita cito defi/
ciet eius potentia. Et ponit exemplū sensi
bile dicens⌊ Exortus est enim sol cum ar
dore⌋existens in cancro uel leone⌊ ⁊ arefe
cit fenum⌋quia deficit eius uiror ⁊ decor ⁊
applicat ad propositum dicens⌊ ita ⁊ diues
in itineribus suis⌋scilicet potentia ⁊ gloria
⌊marcessit⌋ scilicet in morte ⁊ etiā aliquan
do añ mortem⌊ Beatꝰ uir⌋in spe⌊q̄ suffert
tentationez⌋ ita q̄ non uincitur ab ea sed
uincit eam⌊Quoniā cum probatus fuerit⌋
sicut aurū in fornace⌊Accipiet coronā uite⌋
⁊ tunc erit beatus in re⌊quam repromisit
deus diligētibus se⌋ quia nihil est acceptū
deo nisi fiat ex charitate.prima cho. xiij.
Si distribuero omnes facultates meas in
cibos pauperum ⁊c̄. Sequitur.charitatē au
tem nō habeam nihil mihi prodest⌊ Nemo
cū tentatur⌋Hic consequenter circa predi/
cta remouet errorem duplicem. secūdū re/
mouet ibi Nolite itaqꝫ. Circa primū scien
dum q̄ quia potentie anime sunt a deo ⁊
actus earum.ideo dixerunt aliqui q̄ tenta
tio inducens ad malum est a deo ita q̄ de
us est actor mali culpe uolētes per hoc pec
cata sua excusare propꝰ quod remouet hoc
dicēs⌊ Nemo cum tentatur⌋.i.per tentatō
nem ad peccatum inducitꝰ⌊ dicat quoniam
a deo tentetꝰ⌋quoniam hoc est falsum⌊De
us enim intentator malorum est⌋ sed bono
rum tantum sicut dicitꝰ gene. xxij. Tenta
uit deus abraham ut eius obedientiam in/
notesceret alijs ⁊ daretꝰ eis in exemplum
⌊Ipse enim neminē tentat⌋inducens eū ad
peccandum⌊vnusqsqꝫ uero tentatꝰ⌋tali ten
tatione ad peccatū inducentem⌊a concupi/
scentia sua⌋inordinata .propter quod dicit
augu. xiiij. de ciuitate dei q̄ amor sui usqꝫ
ad contētum dei facit ciuitatez diaboli ad
quā pertinet homo per peccatum generali
ter. Ideo amor sui tendens ad contēptum
dei qui est idem q̄ cōcupiscentia inordina
ta est causa omnis peccati. Et subditur ꝓ
cessus cum dicitur⌊ abstractus ⁊ illectus⌋
quia primo insurgit cōplacentia seu dele/
ctatio absqꝫ consensu perfecto. ⁊ tūc adhuc
stat in terminis peccati venialis⌊deinde cō
cupiscentia cuz conceperit⌋.i. inualuerit⌊ pa
rit peccatum⌋inducens ad consensum per/
fectum⌊peccatum vero cū consummatū fue
rit⌋in opere exteriori⌊generat mortē⌋naz
inducit ad reiterationē ⁊ consuetudinē ad
quam sequitꝰ obstinatio que est mors ani
me. Nec argumentum inductum q̄ deus
sit actor peccati ualet quia actus peccati in
quantum actus est aliquod bonū. ⁊ iō re/
ducitur in deum sicut in cām primā efficiē
tem. Sed inquantuz malus est priuatio nec
habet cām efficientē sed deficientē scilicet
maliciam uoluntatis uel eius defectum⌊si/
cut motus claudicationis est a uirtute gres
siua effectiue. deformitas autē talis motꝰ
est ex curuitate tibie⌊Nolite⌋Hic remo/
uet secūdum errorem quia sicut dixerunt
aliqui deum esse actorem peccati ut dictuz
est ita alij dixerunt bonum meriti esse ab
homine scilicet pelagiani dicētes hominez
sine gratia posse uitam eternā mereri qd
remouet dicens⌊Nolite errare⌋⁊ subdit in
quo⌊omne datum optimū⌋ quod est bonuz
meritorium faciens hominē uita eterna di
gnum⌊⁊ omne donum perfectuz⌋id est bo
num glorie⌊desursum est descendens a pa
tre luminū⌋⁊ non est ab homine quia bo/
num meritoriū excedit proportionem natu
re create sicut ⁊ finis ad quē ordinatꝰ se/
cundum illud prima cor. ij. Oculus nō vi/
dit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascē/
dit ⁊c̄.⌊ apud quem non est transmutatio⌋
immutabiliter enī facit mutabilia sicut no
ster intellectus immaterialiter itelligit ma
terialia. Unde dicit boetius de cōsolatione
immobilis manens dat cuncta moueri. Et
idem declarat philosophus. viij. physicorū
⌊nec uicissitudinis obumbratio⌋nam in eo
non sunt plures actus intelligendi ⁊ volen
di sibi succedentes sed unico actu simplicis
simo ⁊ eterno intelligit ⁊ uult se ⁊ omnia
alia⌊uoluntarie nos genuit uerbo verita/
tis⌋i. ꝑ uerbuz incarnatum qd est ipa veri
tas ioh. xiiij. Ego sum ve. vi. ⁊ vi.⌊Ut si/
mus initium aliquod creature eius⌋ quātū
ad esse gratie quod hic inchoatꝰ ⁊ in celo ꝑ
ficitur quia gloria est gratia cōsumata⌊sci
tis fratres mei⌋Postqꝫ beatus iacobus in
duxit fideles ad resistendū tentationi Hic
consequenter eos inducit ad acquiescenduz

ueritati ⁊ primo eam deuote audiendo. se/
cundo opere adimplendo ibi Estote autez
Circa primum dicit [Scitis fratres mei di
lectissimi] .i. scire debetis quod subdit̃ [Sit
autem omnis homo uelox ad audiendū] ue
ritatis uerbū [tardus autez ad loquendū]
nā hoc pertinz ad doctoris officiū ad quod
se ingerere est presūptuosum [et tardus ad
iram] nam ira que est per uicium oculum
mentis excecat. ⁊ ira que est per zelum ipz
aliquando perturbat ut dicit gregorius in
morali. [Ira eniz uiri] que est per uiciuz [iu
sticiā dei non operatur] minus dicit ⁊ plus
significat. nam ira que est per uicium non
solum iusticiam omittere facit sed etiaz fre
quenter ad faciendum in iusticiam inducit
consequenter propositum concludit dicens
[Propter quod abijcientes omnem immūdi/
ciam] corporis ⁊ anime que intellectum ebe
tat [et habundantiā malicie] .i. ire proces/
sum ⁊ augmētū usq̃ ad opus iniusticie qđ
intellectū excecat ut dictum est [In māsue/
tudine suscipite insitum uerbum] .i. uerbuz
fidei qđ debet mentibus inseri humanis.
Est autem mansuetudo quedam tractabi
litas mentis propter quod est debita dispo
sitio ad recipiendū impressionem uerbi di
uini sicut cere tractabilitas ad impressionē
sigilli [Estote] Hic consequent' inducit ad
acquiescendū ueritati ipām opere adimplē
do. ⁊ primo facit propositum. secundo remo
uet oppositum ibi Si quis autem. Circa p̃
mum dicit [Estote autem factores uerbi ⁊
non auditores tantum] precepta enim diui
na saltem in pluribus sunt de operabilib'
⁊ ideo non sufficit auditus sed requiritur
opus propter quod dicit philosophus p̃mo
ethicorum q̃ illi qui sunt contenti scientia
morali absq̃ opere sūt similes illis q̃ attē
te medicos audiunt sed nihil faciunt eoruz
que dicunt. ⁊ sicut isti non habent corp' be
ne curatum sic nec illi animā propter quod
de tali auditore subditur [Hic cōparabitur
uiri consideranti uultuz natiuitatis] .i. uul
tum suum corporalem in quo natus est [in
speculo] in quo uidet̃ umbratice ⁊ impfecte
propter quod talis consideratio puaz aut
nullam facit impssionem. sic est de auditu
preceptorum dei sine operatione [qui autē
perspexerit in lege perfecte libertatis] id
est in lege euangelica que dicit̃ lex liber/
tatis. tum quia est lex amoris. Lex autē ue
tus fuit lex timoris. Augu. iij. li. contra ad
amantium differentia legis ⁊ euangelij ti
mor ⁊ amor. Timor autem respicit conditi
onem seruilem. Amor autē liberam. Tum
quia lex noua liberat a seruitute legis ue
teris ⁊ onere ut frequenter dictum est su/
pra [⁊ permanserit in ea] secundū eam uiuē
do [hic beatus in suo facto erit] .i. ex ope/
re suo [Si quis] Hic cōsequenter remouet
oppositũ quia aliqui uolebant uiuere ocio
si credentes q̃ eis sufficeret ad salutē sus
ceptio fidei propter quod hoc improbat di
cens [Si quis autem putat se esse religio/
sum] .i. ueram ⁊ perfectum christianū [non
refrenans linguā suam] iactande se q̃ hoc
credere sibi sufficit ad salutem [sed seducēs
cor suum] per falsam opinionem [hui' uana
est religio] quia non ducit ad finem debitū
sicut medicina dicit̃ vana que non inducit
sanitatem [religio autem] scilicet christaina
[munda ⁊ immaculata apud deū] .i. accepta
apud deum [hoc est uisitare pupillos ⁊c̃ .i.
exercere se in operibus minime erga p̃xi
mum ⁊ in operibus mūdicie erga seipm̃.

[F]Ratres mei] Postq̃ beatus ia
cobus informauit fideles ad be
ne se habedū respectu sui Hic
consequenter idem facit respe
ctu proximi. Et diuidit̃ in duas ptes quia
primo inducit fideles ad bene se habendū
erga proximum in collatione boni. secūdo
in euitatione mali ca. iij. Prima in duas q̃r
primo facit propositum in collatione boni
honorabilis. Secūdo in collatione utilis ibi
sic loquimini. Ad euidentiā autē primi duo
sunt premittenda. primum est quid sit per
sonarum acceptio. secundum qualiter habz
locum in exhibitione honorum. Circa pri/
mum sciendum q̃ equitas distributiue iu/
sticie in hoc consistit q̃ aliqua diuersis tri
buunt̃ secundum proportionem ad dignita
tem uniuscuiusq̃. propter quod si in tali di
stributione attendat̃ ad cām propter quaz
aliquis proportionatur ad tale donū fit se
cundū equitatem iusticie distributiue ut si
cancellarius parisiensis promoueat aliquez
ad magisterium attendens ad suam suffi/
cientiam scientie per quam efficiatur pp̃or
tionatus ve dignus respectu talis honoris
Si autē attendat ad personam tantuz uel
aliam quancunq̃ causā que nō facit ad hoc

ꝙ ꝓportionetur ad talē honorē ut quia ē
consanguineus cōpatriota uel diues uel ali
quid huiusmodi facit contra equitatem iu/
sticie distributiue ⁊ per consequens peccat
quia non apponit̄ uirtuti nisi uiciū ⁊ tale
peccatuꝫ uocat̄ acceptio persone seu perso
narum. Contigit tamen aliquā persone cō
ditionem facere eam dignā respectu unius
rei non tamē respectu alterius sicut consā
guineitas facit aliquē dignum ut instituat̄
heres patrimonij non autē ut detur ei ma
gisteriuꝫ uel prelatio ecclesiastica. Circa se
cundum sciendū ꝙ honor dat̄ alicui in testi
monium uirtutis. iiij. ethicoꝝ. Et ideo so/
la uirtus est causa debita honoris exhibē
di Et hoc contingit dupliciter. uno modo
uirtus propria ⁊ sic uirtuoso debet̄ honor
Alio modo uirtus aliena ⁊ sic princeps ⁊ ꝑ
lati sunt honorandi etiā si sint mali inquā
tum gerunt personam dei ⁊ communitatis
cui presunt. Et eadem ratione parentes ⁊
domini propter participationem diuine di
gnitatis quoniam deus est omnium pater
⁊ dominus. Similiter senes propter signū
uirtutis quod est senectus. Et similiter di
uites quia maiorem locum obtinent in cō/
munitatibus. Si autē solo intuitu diuitiaꝝ
honorant̄ est acceptio personaruꝫ ⁊ sic pec
catum. Et sic loquitur gregorius omelia.
xxviij. superbia uestra retundit̄ que in ho
minibus non naturam qua ad imaginem
dei sunt facti sed diuitias honoramus. His
igitur premissis accedamus ad litteram in
qua beatus iacobus excludit a fidelibus ꝑ
sonarum acceptionē per quam indebite ho
nor exhibet̄ ⁊ sic eos reducit ad debitam
honoris exhibitionē in qua sic procedit qr
primo ꝓponit intentū. secundo inducit exē
plum ibi Etenim. tertio probat assumptuꝫ
ibi Audite fratres. quarto excludit falsum
intellectum. ibi Si tamen. Circa primum di
cit [Nolite in personarum acceptione ha/
bere fidem] inducendo ad fidem uel recipiē
do per amministrationem sacramētoꝝ uel
nutriendo in fide per bonā exhortationem
cum personarum exceptione qd̄ fit quādo
in istis debita causa non attendit̄ ut patꝫ
ex predictis sed indebita scilicet attēden/
do ad propriuꝫ questū uel ad alia huiusmo
di propter que predicta non debent exer/
ceri. Si autem attendat̄ ad honorem diui
num ⁊ ecclesie bonū ⁊ deuotionem recipiē

tis fidem uel exhortationē non ē acceptio
personarū in talibus si predicta magis ex
hibeant̄ aliquibus q̄ꝫ alijs secūdū maiori/
tatem deuotionis eoꝝ uel honoris diuini ⁊
ecclesie sicut conuersio Cōstantini ad fideꝫ
ex cuius exemplo ualde multi uenerunt ad
fideꝫ ⁊ ex eius facto est ecclesia promota ⁊
honorata quasi per totum orbem. Sic etiaꝫ
laborare ad conuersionem ⁊ nutritionem ī
fide diuitum ⁊ potentuꝫ magis q̄ꝫ pauperꝝ
non est personaruꝫ acceptio attendēdo ad
bona que ex ipsis ꝓuenire possunt magis
q̄ꝫ ex pauperibꝰ [domini nostri iesu christi
glorie]. i. fidē christi qui est dominus ⁊ da/
tor glorie non secundum personaꝝ acceptiō
nem sed secundum meritorum gradus ⁊
proportionem [Etenim si introierit] Hic
consequenter ponit exemplum ad propo/
situm de paupere ⁊ diuite ingredientibus
congregationeꝫ fideliū in ecclesia. Et pōt
dupliciter intelligi. Uno modo de paupere
⁊ diuite infidelibus qui sunt ad fidem indu
cendi. Alio modo de paupere ⁊ diuite fideli
bus qui sunt in fide nutriēdi. Si igit̄ pau
per infidelis uel fidelis sic cōtēnatur ut de
eius conuersione ⁊ nutritione in fide parū
aut nihil curet̄ semper est peccatum. Simi
liter si diues ꝓpter diuicias tantū in istis
preponatur quia utrobiqꝫ est acceptio per
sonaꝝ. Et in his duobus casibus uidet̄ lo/
qui beatus iacobus. Si autem diues ꝑho/
noret̄ ⁊ preponatur in predictis pauperi nō
habendo respectum ad diuitias prescise sed
ad bonuꝫ qd̄ ex eius cōuersione uel nutri
tione in fide probabiliter estimatur perue
nire non uidet̄ esse personaꝝ acceptio nec
peccatum ⁊ sic intelligenda est ista littera
cum subditur [Et si ei dixeritis] scilicet di
uiti [tu sede hic bene] attendendo ad diuiti
as precise [pauperi auteꝫ dicetis tu sta illic
⁊c.] ipm contēnendo uel propter paucitatē
precise ipm minus honorabilē ⁊ amabilem
deo iudicando ideo subdit̄ [Et facti estis
iudices cogitationuꝫ iniquarū audite] Hic
consequent̄ ꝓbat suppositum scilicet ꝙ di/
ues propter diuitias precise non est magis
honorabilis nec paup propter paupertatē
contēptibilis ⁊ hoc dupliciter. primo diuina
auctoritate cū dicit̄ [nonne deꝰ elegit pau
peres] ut patet de apostolis tamē a princi/
pio elegit aliquos diuites ut zacheū ⁊ laza
rū [diuites in fide ⁊c.] q. d. ei debetis con

formari. Et sic debet in ecclesia fieri, quia pauperes in temporalibus diuites tamen ī spiritualibus si ex eorum spiritualibus diuitijs magis prouenit honor diuinus ⁊ bonū ecclesie diuitibus in temporalibus sūt prehonorandi. secundo hoc idem probat ex diuitum austeritate dicens[nōne diuites ꝑ potentiam opprimunt uos] in bonis possessis damnificando[⁊ ipī trahunt uos ad iudicia]ut condēnemini ad mortem in personis hec enim frequent' fiebant in ecclesia ꝑmitiua. Tertio hoc probat de diuitum malignitate dicens[nōne ipsi blasphemant nomen bonum]scilicet iesu christi quod sicut Bernardus dicit Est mel in ore melos in aure iubilus in corde[Si tamen]Hic remouet falsum intellectū circa precedentia. Ex his enim que dixit de diuitibus posset aliquis credere q̄ essent a fidelib⁹ odiēdi qd' remouet dicens[Si tamen legem perficitis regalem].i. a rege regū datam[secūdū scripturas]ve. ac no. te.[diliges ꝓximū sicut teipm̄].i. ad eandē beatitudinē cōsequēdā Et nomine ꝓximi intelligit' omnis homo quia ad imaginem dei factus ⁊ ad beatitudinem aptus[Si autē personas accipitis] modo predicto[redarguti a lege[deut'. primo. ita paruum audietis ut magnū nec accipietis cuiusq̄ personam. Et subdit malū quod inde sequit' cum dicit'[Quicūq̄ aūt ⁊c̄.]qd' est intelligendū de pena damni q̄ est carentia diuine uisionis quam incurrit homo per unam transgressionem legis diuine. q2 pec̄m mortale ē trāgressio legis diuine sed penā sensus incurrit grauiorē q̄ plures transgressiones facit. Et qd' de pena damni intelligat' littera sequens ostendit cum dicitur[qui enim dixit non mechaberis ⁊c̄.]ab uno enim deo sunt omnia ꝓpter quod per unius transgressionem offēditur ⁊ per conseqens eius uisio tollit'[Sic loquimini]Hic consequent' beatus iacobus informat fideles de collatione boni utilis q̄ consistit in operibus misericordie. Et diuiditur in duas partes quia primo facit propositū. secūdo remouet oppositū ibi Quid proderit. Circa primum dicit[Sic loquimini ⁊ sic facite]ut opera uestra sint uerbis conformia. Et qualiter subdit[sicut per legem libertatis].i. legem euangelicam[incipientes iudicari].i. iudicium futurū debite disponi ubi datur sentētia beatitudinis cō

sequēde ꝓ opib⁹ misericordie. Math. xxv. Uenite benedicti patres mei ⁊c̄. ⁊ subditur Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare ⁊c̄.[Iudiciū enim sine misericordia ⁊c̄.[Ma. xxv Ite maledicti in ignē eternū sequitur Esuriui enim ⁊ non dedistis mihi manducare ⁊c̄.[Superexaltat autē misericordia iudicium]nā in casibus dubijs inter iusticiam ⁊ misericordiam semper declinādū est ad partē misericordie. Unde dicit ra. sa sup exo. q̄ apud hebreos fuit antiquitus constitutū q̄ si maior pars iudicum in uno condēnet aliquem ad mortem nō propter hoc ē interficiendus sed expectanda est maior deliberatio. si autē maior pars in uno liberet eū est liberandus[Quid proderit] Hic consequenter remouet oppositū scilicet q̄ fides sine operibus misericordie ualeat ad salutē Et remouet primo per rationem. secundo per exemplum ibi Uis autem scire. Circa primum ponitur quadruplex ratio. prima accipitur ex defectu talis fidei ⁊ est talis. Illud quod est mortuū spiritualiter nō potest saluare eternaliter fides sine operibus est huiusmodi quia uiuificat' per charitatē Amor autem dei nunq̄ ē ociosus. operatur enim magna si est. si autem operari renuerit amor non est ut dicit gregorius omelia. xx. Et hoc est intelligēdū habita oportunitate operandi ꝓpter quod fides que ꝑ dilectionē non operatur mortua ē ⁊ sic inefficax ad salutem. Et hoc est quod dicit[Quid proderit fratres mei ⁊c̄].q. diceret nihil proderit ad salutem[Si autē]Hic ponitur secunda ratio que accipit' ex simili. fides enim sine operibus similis est uerbo sine effectu sed tale uerbū nihil proficit sicut si aliq̄s dicit famelico Uade ⁊ comede ⁊ nō det ei aliquid ad comedendū tale uerbum nihil prodest sed magis est frustratorium ⁊ derisorium. Et hoc ē qd' dicit'[Si autem frater ⁊ soror nudi sunt ⁊c̄.]⁊ patet ex dictis littera[Sed dicet quis] Hic ponitur tertia rō que accipit' ex obprobrio qd' pōt inferri alicui sic credenti quia non potest ostendere fidem suā si requirat' q̄ non uerbis sed operibus uere ostēdit'. Et hoc est quod dicit'[Sed dicet quis].i. potest dicere rationabiliter improperando sic credenti[Tu fidem habes]secūdum dictū tuū[ostende fidem tuā mihi sine operibus].q.d. non potes sed ego potero qui opera ha

48

deo⌊Tu credis⌋Hic ponitur quarta ratio ⁊ accipitur ex demonibus qui credunt ex euidentia signorum ⁊ cōtremiscunt timore penarum ⁊ tamen hoc non ualet eis ad salutem quia non possunt agere opus meritorium. ⁊ similiter suo modo fides que nō operatur per dilectionem non proficit ad salutem⌊Uis autem scire⌋ Hic consequenter dictum errorem remouet per exemplū duplex. secūdū ponitur ibi Similiter autem. Primum est ipsius abrahe quod proponit inuehendo contra aduersariuz dicens⌊Uis autez scire⌋per exemplū⌊O homo inanis⌋ Dicitur autez res inanis que non cōsequitur finem debitum sicut medicina que non inducit sanitatem. et eadem ratione homo qui per opera bona non consequitur beatitudinem⌊quoniā fides sine operibus ociosa est⌋quasi dicat ostendam tibi per exemplum patris nostri abrahe. ideo sequitur ⌊pater noster nonne ex operibus iustificatus est⌋. q. d. sic. sed contra hoc uidetur dictū apostoli ro. iiij. Si enim abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriam sz nō apud deum. ⁊ ibidem. iij. cap. Ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro. Dicendum q; apostolus loquitur ibi cōtra illos qui opera cerimonialia legis dicebant esse necessaria ad salutem que tamen iam cessauerant in morte christi quantū ad efficatiaz⌊Offerens⌋ Hic consequenter ponit exemplum de obedientia abrahe ad deuz procedente ex magna dei dilectione q̄ semper manet efficax ad salutem cum dicitur ⌊Offerens isaac filium suum super altare⌋ geñ. xxij. Paratus illum imolare ex fide ⁊ dilectione ad deuz. ut habetur hebre. xi. credens q; a mortuis posset eū saluare deus Ideo subdit⌊Uides quoniam fides cooperabatur operibus illius⌋ que nō essent meritoria sine fide sine qua impossibile ē placere deo. hebre. xi.⌊⁊ ex operibus fides cōsumata est⌋habitus enim firmatur ⁊ manifestatur per opera. Et similiter magnitudo fidei abrahe apparuit ex eius obedientia offerendo filium propter quod dictum fuit sibi a domino. Nunc cognoui q; timeas dominum. i. cognoscere feci alios. noticie eniz dei nihil accrescit de nouo⌊Et suppleta est scriptura dicens credidit abraham deo ⁊c.⌋hoc enim dictum fuit abrahe geñ. xv. non soluz anteq̄z offerret isaac sz etiā anteq̄z natus eēt sz ex oblatōe isaac scriptura illa dicitur esse suppleta inquātū p hoc magnitudo fidei abrahe fuit alijs declarata ut dictum est. Et sic concludit intentum ⌊Uidetis quoniaz ex operibus iustificatur homo ⁊ non ex fide tantum⌋ita q; utrūq; est necessarium ad iustificationem. nam fides que nō operatur per dilectionem mortua est ⁊ informis. ⁊ iterum opera sine fide non sunt deo placentia ut predictum est ⌊Similiter⌋Hic ponitur secundū exempluz de raab que ex fide unius ueri dei saluauit exploratores iudeoruz ut habetur iosue. ij ⁊ per hoc apposita est ad populum israel iosue. vi. ⁊ consecuta est salutem ex fide simul ⁊ operibus. Et hoc est quod dicitur⌊Similiter autez⌋⁊ patet littera ex dictis usq; ibi⌊Et per aliaz uiam eijciens⌋recepit enī eos per ianuam ⁊ emisit per fenestram ⁊ suasit eos declinare ad montana ne reperirentur a persecutoribus in strata publica. Et sic infertur conclusio intenta cum dicitur ⌊Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est⌋qui dat uitaz corpori⌊ita fides sine operibus⌋. i. sine dilectione operante que ē uita anime. prima ioh. iiij. Translati sumus de morte ad uitam quoniā diligimus ⁊c.

Olite plures magistri ⁊c.⌋Postq̄z beatus iacobus docuit fideles bene se habere ad primū i collatione boni Hic consequēter idem facit in euitatione mali. ⁊ primo in uerbo. ⁊ secundo i facto. ca. iiij. Prima in duas quia primo ostēdit mala ex vicio lingue prouenientia propter que debēt ab omnibus refugi. secundo bona ex taciturnitate sequētia ꝑpter que debēt ab omnibus captari ibi Quis sapiens. Prima in duas quia primo declarat malum loquacitatis ī doctrina. secundo in communi uita ibi In multis. Circa primum sciendum q; ex loq̄citate prouenit q; aliqui presumptuose docere uolunt q; nesciunt contra quos dicit ⌊Nolite plures magistri fieri⌋nam docere est opus sapientis quoruz paru⁹ est numerus. stultoꝝ autē infinitus. eccle. primo⌊Scientes quoniam maius iudiciuz sumitis⌋. i. maiorez damnationem incurritis quia tales magistri faciunt alios errare. ⁊ per hoc multipliciter dānationem incurrunt math. xv. Si cecus ceco ducatū prestet ambo i foueam cadunt⌊In multis⌋ Hic consequēter

ostendit malum loquacitatis in cõmuni uita. Et hoc ex.iiij. scilicet q2 inficit cõmunit multipliciter incurabiliter ꝛ innaturaliter secundum ponit ibi Potest etiã. tertiũ ibi Omnis enim natura. quartum ibi In ipa benedicimus. Circa primũ dicit In multis offendim⁹ homĩes ꝛ maxime ĩ uerbo quia lingua sita ẽ in lubrico ꝑpter quod citius mouetur ad malũ q̃3 alia mẽbra. ideo subditur Siquis in uerbo non offẽdit hic pfectus uir est q2 facilius custodiunt alia mẽbra. Et q2 pauci sunt ualde pfecti eccle. vij uirum de mille repperi unũ. iõ uiciũ lĩgue inficit cõmuniter Põt Hic cõsequent ostẽdit q inficit multipliciter ꝑmittẽs ad hoc triplex exẽplũ. Primũ ẽ animale. nã equ⁹ animal magnũ circunducit cum freno puulo. Secũdũ artificiale. q2 nauis magna mouet cũ paruo gubernaculo. Tertiũ naturale q2 modicus ignis magnã siluã incendit. Et eodẽ modo lingua q est modicũ mẽbꝝ multa mala facit p contentiones detractiones seditiones ꝛ huiusmodi ita q fere oĩa mala proueniunt ex uicio lingue. Et ex dictis patet lr̃a paucis exceptis que discurrentur potest etiam freno circũducere corpus scilicet animalis magni ꝛ magna scilicet mala exaltat .i. prouocat ecce quantus ignis .i. q̃3modicus ꝛ lingua scilicet mala ignis est accendens cõtentiones seditiones ꝛ alia mala. ideo subdit uniuersitas ĩiquitatis supple est mala lingua uirtualit q maculat totum corpus nã in alia redundat malũ eius ꝛ inflãmat rotã natiuitatis nostre .i. cursũ uite nr̃e q assimilat rote q̃ incipit ꝛ terminat in eodẽ puncto. ꝛ sic nascitur hõ impotẽs ꝛ ignorans ꝛ si moritur naturalit redit ad eundẽ statũ de cõmuni cursu inflãmata a gehenna .i. a diabolo q sic nominat eo q gehenne deputat Oĩs eñi natura Hic consequẽter ostẽdit q inficit incurabilit q2 lingua mala nõ ẽ domabilis sicut cetera membra que possũt ligari ꝛ a suis actibus impediri nisi sic autem lingua non prescindat. ꝛ hoc ẽ q dicitur Omnis eñi natura bestiaꝝ ꝛc. hoc uidem⁹ ad sensũ q multa animalia ferocia domantur ab homine linguã aũt maliloquã hominũ nullus quantũcũq3 sapiẽs potest domare ꝛ subdit rõ. ẽ eñi inquietũ maluz quia sita ẽ ĩ lubrico ut dictũ ẽ ꝛ plena ueneno detractõnis mortifero nã detractor

interficit euz de quo detrahit p infamiã ꝛ eũ q libẽt audit ꝛ seipm̃ p culpaz In ipa Hic cõsequẽter ostendit q uiciũ lingue inficit innaturalit. cõtra eñi cursũ nature ẽ q ex eodẽ principio ꝑcedunt cõtraria. naz cõtrarioꝝ cõtrarie sunt cause ꝛ tñ ex eadẽ lingua ꝑcedunt cõtraria scilicet benedictio ꝛ maledictio. ꝛ hoc ẽ qd dicit In ipa enim benedicim⁹ deũ patrẽ p beneficijs suis ꝛ ĩ ipa maledicimus homines q frequẽter sũt innocentes q ad similitudinẽ dei facti sunt ꝛ sic maledictio redundat in deũ sicut uitupernum factũ imagini regis redũdat ĩ ipm̃ nõ oportet fratres mei hoc ita fieri quia uident nature cõtrariari. ꝛ subdit ad hoc exẽplũ de fonte ꝛ patet littera ꝛ ficu q̃ nõ ꝑducit nuces q2 hoc eẽt cõtra ei⁹ naturã Et simile ẽ quodammodo de lingua que creata est ad benedicẽdũ. ꝛ maledicere ẽ ei innaturale. Et de aqua salsa q̃ nõ fit dulcis sed manet in proprietate nature sue. lingua aũt maledica trãsmutat a natura sua ut dictũ ẽ Quis sapiens Postq̃3 beat⁹ iacobus ostendit mala ex loquacitate ꝑuenientia ꝑpt que ẽ fugienda Hic cõsequẽter ostendit bona ex taciturnitate ꝑuementia ꝑpter que ẽ appetẽda. Hec aũt bona sunt sapientia ꝛ disciplina ꝛ eis cõnexa q̃ beat⁹ iacobus primo ꝑponit. secundo sapiẽtiaz distinguit ibi Quod si zelum. Circa primum sciendũ q ex taciturnitate que cõsistit in bona audiendo ꝑuenit disciplina. nã discipuli bonũ ꝑpriũ ẽ audire. ex auditu uero sapiẽtia acqrit ꝛ acquisita augmẽtat ꝑuer. primo. Audiẽs sapiens sapientior erit. ꝛ sic ulterius sapientia in bonis operib⁹ manifestat. ꝛ hoc ẽ q dicit Quis sapiẽs ꝛ disciplinatus int uos secũdũ habitũ acqsitũ uel infusũ uel utroq3 modo q2 sapiẽtia acquisita bene disponit ad sapientiã infusam sicut patet de daniele ꝛ socijs ei⁹ danielis primo ostẽdit ĩ bona cõuersatione .i. p effectũ exteriorẽ in mansuetudine sapiẽtie q̃ opponit loquacitati ꝛ uicio lingue. Qd si zelũ Hic cõsequent distinguit sapientiã ĩ mũdanam ꝛ diuinam. secũda describit ibi Que aũt desursũ ẽ. Circa primũ sciendũ q sapiẽtia humana hec dicit que p cautelas ꝛ mẽdatia tẽdit ad finẽ indebitũ. ꝛ hoc ꝑcedit ex passiombus inordinatis ꝛ maxime inuidie ꝛ odij. ꝛ hoc ẽ q dicit Quod si zelũ amarũ .i. inuidiã habetis adinuicẽ

49

[⁊ contentiones sunt in cordibus uestris]
i. intentiones inferendi nocumentum pro/
ximo [nolite gloriari] si deducatis ad effe/
ctum tanq̄ȝ sitis sapientes [⁊ mendaces eē
aduersus ueritatē] quia non est uera sapiē
tia sed magis stulticia. ideo subditur [non
enim ista sapientia desursum descendens]
id est a deo a quo est omne bonum [sȝ ter
rena] inquantum procedit ex concupiscētia
oculoꝝ [animalis] ꝓcedens ex cōcupiscentia
carnis [diabolica] procedens ex superbia ui
te. ideo dicitur sapiētia mundana quia om
ne qđ est in mundo reducit̄ ad ista tria pri
ma. io. primo [Que autem] Hic consequen
ter describitur sapientia diuina siue a deo
data ⁊ ordinate. primo quantum ad termi
num a quo facit recedere quod est malum
cum dicitur [Que autem desursum est sa/
pientia] id est a deo data [primum quidem
pudica est] id est faciens recedere ab omni
turpitudine. Secundo quantum ad termi/
num ad quem facit tendere qui est beatitu
do in qua quietatur appetitus quod nota
tur cum dicit̄ [pacifica] Tertio quantū ad
illa per que sapientia perducit ad paceȝ si
ue finem ubi post recessuȝ a corruptela tur
pitudinis primo occurrit homini ꝙ in om
nibus modū debitū teneat. ideo dicit̄ [mo
desta] secundo ut in his in quibus ipse si/
bi non sufficit alioꝝ monitis acquiescat. ⁊
quantū ad hoc subditur [suadibilis] et hec
duo pertinent ad hoc ꝙ homo pacem ha/
beat in seipso. Sed ulterius ad hoc ꝙ sit
pacificus etiam alijs. primo requirit̄ ut eo
rum bonis non repugnet. ideo dicitur [bo
nis consentiens] secundo ꝙ defectibus pro
ximi cōpatiat̄ in affectu ⁊ subueniat in ef
fectu ⁊ quantum ad hoc subdit̄ [plena mi/
sericordia ⁊ fructibus bonis] tertio requi/
rit̄ ut defectus alioꝝ emendare charitati/
ue satagat. ⁊ hoc est ꝙ dicit̄ [iudicans si/
ne simulatione] ne scilicet correctionem ex/
erceant ex odio precedenti sub charitatis
ostensione. hec autem hominis pacificatio
in seꝰ ⁊ cum alijs in uia est quedaȝ preliba
tio perfecte pacis in patria. ⁊ sic est finis
sapientie prut habet̄ in uia. ideo subditur
[fructꝰ auteȝ iusticie]. i. beatitudo eterna q̄
per iusticiam acquiritur ⁊ in fruitione bea
ta consistit [in pace seminat̄] quia sicut se/
men continet fructum futuꝝ potentialiter
⁊ imperfecte sic pacificatio in uia de qua di
ctum est continet pacem eterne glorie.

Cap. iiij.

Unde bella] Postq̄ȝ beatus ia/
cobus monuit ne proximo ma
lum inferatur uerbo Hic con
sequenter inducit ad hoc ꝙ nō
inferatur facto cuius radicem uolens ꝑscin
dere dicens [Unde bella] quibus infert̄ no
cumentum corporis [⁊ lites] in iudicijs qui/
bus infert̄ nocumentum in rebus possessis
[nonne ex cōcupiscentijs uestris] supple ta
lia oriunt̄ [que militant]. i. dominant̄ [in
mēbris uestris] quia membra mouentur in
talibus malis a concupiscētia contra dicta
men recte rationis [concupiscitis ⁊ non ha
betis] quia frequenter tales non assequun
tur intentum [occiditis] innocentes [⁊ zela/
tis] bonis inuidentes [⁊ non potestis adipi
sci] satisfactioneȝ concupiscentie uestre que
semper ad malum accendit̄ [litigatis ⁊ bel
ligeratis ⁊ non habetis] replicatio est eius
dem sententie ad maiorem exaggerationē
[propt̄ quod non postulatis] aliquid a deo
presumentes obtinere ꝙ concupiscitis ue/
stra fortitudine [petitis ⁊ non accipitis]. q.
d. si aliquādo aliqua petitis a deo non acci
pitis. ⁊ subdit̄ ratio [Eo ꝙ male petatis]
petendo ea que sunt saluti uestre cōtraria
ut inimici mortem uel possessionem uel ali
quid huiusmodi. ideo subdit̄ [ut in cōcupi/
scijs uestris insumatis] id est cōcupiscētias
impleatis. Insumo insumis est uerbum cō/
posituȝ ab in ⁊ sumo. ⁊ sic insumere est in
tus sumere quod est cōcupiscētiā malā ad/
implere [Adulteri] Superius beatus iacobꝰ
docuit fideles bene se habere respectu sui
⁊ proximi Hic consequenter idem facit re
spectu dei. Et primo facit hoc ratione di/
uine bonitatis que debet homines attrahe
re. secundo ratione sue seueritatis que de
bet recedentes ab eo terrere. ca. v. Prima
in duas. nam primo monet a mundo ⁊ dia
bolo recedere. recessus enim ab uno cōtra/
rio concedit accessum ad aliud. secunda inci
pit ibi Appropinquante deo. Circa primuȝ
primo mouet recedere a mundo. secundo a
diabolo ibi Resistite. Prima in duas. quia
primo monet relinquere mundum. secundo
inducit scripturam ad suum propposituȝ ibi
An putatis. Igitur primo monet recedere
a mundo id est ab inordinata concupiscen
tia delectabiliuȝ huius mundi dicens [Adul
teri] a ppria sponsa que est lex diuina. sap.
viij. Exquisiui eaȝ a iuuentute mea ⁊ que

siui eam sponsaȝ assumere [fornicarie adhe
rētes] scilicet concupiscentie mundane [Ne
scitis] quasi dicat bene deberetis scire ex
rationis dictamine et ex frequenti uobis
facta ammonitione [quia amicicia hui⁹ mū
di] id est inordinata adhesio delectabilib⁹
huius mundi [inimica est deo] quia facit re
cedere ab ipso [Quicūqȝ ergo uoluerit ⁊c̄]
hoc sequitur ex primo ⁊ patet. [Consequen
ter inducit scripturam ad suum propositū
dicens [an putatis quia inaniter dicit] qua
si dicat hoc non est putandum quia non cō
tinet aliquod falsum aut superfluum [aut ī
uidiam concupiscit spiritus qui habitat in
uobis] hec littera dupliciter exponitur. uno
modo de spiritu humano ⁊ sic legitur re/
pressiue ⁊ intelligitur assertiue ⁊ est sensus
ꝙ spiritus humanus tendit ad inuidiam. i.
ad tristiciaȝ de bono alterius qđ inordina
te concupiscit qđ pertinȝ ad amicitiā hui⁹
mundi ut patet ex predictis. ⁊ secundū hūc
sensum hec littera accipitur de geñ. ix. ubi
dicitur. Sensus enim ⁊ cogitatio cordis hu
mani prona sunt in malum ab adolescen/
tia sua. Apostoli nanqȝ non semper allegāt
uerba scripture sed frequenter sensum tan
tummodo. ⁊ secundum hunc sensum qđ im
mediate subditur [Maiorem auteȝ dat gra
tiam. dicitur de alio spiritu scilicet diuino.
Alio modo legitur dicta littera interroga
tiue ⁊ intelligitur negatiue [ad inuidiaȝ cō
cupiscit spiritus qui habitat in uobis] qua
si dicat nō est sensus [Spiritus] sanctus [q
habitat in uobis] qui datus fuit uobis ī ba
ptismo [non concupiscit] id non facit uos cō
cupiscere [ad inuidiā] id est non inducit uos
ad tristiciam de bono proximi [quod facit
amicitia huius seculi] ⁊ secundum hoc ista
littera sumitur ex primo ca. sapientie. [Be/
niguus enim est spiritus sapientie. ⁊ sic nō
inducit ad inuidiam sed magis ad mutuaȝ
charitatem. ideo subditur [maiorem autem
dat gratiaȝ] quia dat bona spiritualia que
sūt maiora ⁊ meliora. Et hec expositio me
lior uidetur q̄ȝ prima quia magis continu
at litteram ut patet ⁊ q2 in libris correctis
punctatur interrogatiue mō dicto ⁊ per [cō
sequēs intelligitur negatiue [propter qđ]
id est propter maiora bona que dat spiri/
tus diuinus [dicit] scilicet scriptura. prouer.
iij. [Deus superbis resistit] denegando eis
gratie dona [humilibus autem dat gratiā]

nam humilitas est debita dispositio ad eaȝ
hec enim littera habetur prouer. iij. secun/
dum translationem. lxx. ubi nostra littera
habet ipse deludet illusores ⁊ māsuetis da
bit gratiam propter quod concludit [Sub
diti ergo estote deo] tanq̄ȝ uere humiles ut
det uobis gratiam suam [Resistite] Hic cō
sequenter monet a diabolo recedere. Cir
ca quod sciendum ꝙ diabolus est superb⁹
secundum ꝙ dicitur de eo. Job. xli. Ipse est
rex super omnes filios superbie. Quanto
autem aliquis est superbior tanto magis
abhorret superari propter quod diabolus
uidens aliquem fortiter resistentem dimit/
tit eum tentare timens ne ab eo seperetur
propter quod recedit ab eo ante facieȝ bel
li. unde dicit ambrosius super lucam ꝙ dia
bolus instare formidat quia frequentius
refugit triumphari. ⁊ hoc est quod dicitur
[resistite autem diabolo] uiriliter repugnā
do. [⁊ fugiet a uobis appropinquate deo]
Hic consequenter beatus iacobus monet
accedere ad deum ratione sue bonitatis q̄
debet attrahere quia ab eo ꝓcedit esse gra
tie ⁊ esse nature. primo ergo inducit ratio
ne primi. secundo ratione secundi ibi Ecce
nunc. Circa primum sciendum ꝙ ad deum
accedimus per dilectioneȝ. dilectio uero dei
includit dilectionem proximi propter quod
inducit primo ad diligendum deum. secun/
do proximum ibi Nolite detrahere. Pri/
ma adhuc in duas. quia primo inducit ad
dei dilectionem. secundo ad quedā habētia
ad ipsam cōnexionem ibi Emundate. Cir
ca primum dicit [Approquinquate deo] que
appropinquatio terminatᷓ ad dilectioneȝ q̄
est unio amantis cum amato [Et appropī
quabit uobis] dona gratie sue conferēdo ⁊
etiā augmentādo. Sed contra hoc uidetur
ꝙ dicitur prima. ioh. iiij. In hoc est chari/
tas non quia dilexerimus deū. sed quoniaȝ
ipse prior dilexit nos. Dicendū ꝙ diligere
est uelle alicui bonum. Si igitur considere
tur actus diuine dilectionis qui est in ipso
precedit omnia temporalia cum sit eternus
⁊ sic loquitur iohannes in auctoritate in/
ducta. Si autem consideretur huius dile/
ctionis effectus qui est temporalis sic ali/
quid est ꝓcedens ex pte dei ⁊ aliquid ex p
te hominis. Sicut enī deus in fluxu gene/
rali cōuertit omnia ad seipsum sicut ad fi/
nē ultimū secundum eē nature sic in fluxu

50

speciali conuertit humanaȝ naturam ad se
sicut ad finē supnaturalem. ⁊ hic influxus
specialis nō est aliqua gratia habitualis.
sed est motio diuina siue instictus qua mo
uet naturā humanā ad bonū meritoriū
nec denegatᷣ alicui q̄diu est in hac uita p̄/
senti. sed homines diuersimode ad hunc in
stinctū se habent q: aliqui acquiescunt ⁊ se
quuntᷣ. ⁊ sic ad gratiā habitualē de con/
gruo disponuntᷣ quibus dispositis deꝰ dat
gratiā habitualē per quā meritorie operā
tur. Alij uero resistunt instinctui diuino. ⁊
sic merito eis habitualis gratia denegatur
patet igitᷣ ꝙ dispositio ad gratiā de con/
gruo que est ab homine modo p̄dicto p̄ce
cedit collationē gratie habitualis que est a
deo. ⁊ sic dicitᷣ hic ⌊Appropinquate deo ⁊ ap
propinquabit uobis⌋ uerūtamē hanc dispo
sitionē de congruo p̄cedit diuinus instictꝰ
seu motio ad bonuȝ meritoriū ad quod na
tura humana de se nō pōt assurgere. ⁊ sic
dicit saluator. ioh. vi. Nemo pōt uenire ad
me nisi pater meus qui misit me traxerit
eū. ⁊ sic patet ꝙ principiū meriti simplicitᷣ
est a deo ⁊ non a libero arbitrio. ⌊Emūda
te⌋ Hic consequentᷣ inducit ad quedam an
nexa diuine dilectioni dicēs ⌊Emūdate ma
nus⌋. i. opera ⌊⁊ purificate corda⌋ q: qui di
ligit cordis mūdiciā ꝓpter gratiā labioruȝ
suoꝝ habebit amicū regē. ꝓuerbioꝝ. xxij.
⌊duplices animo⌋. i. qui prius fuistis dupli
ces animo nunc deo nūc diabolo nūc mun
do adherendo ⌊miseri estote⌋. i. statū miseri
assumite recurrendo ad deū cuius ꝓprium
ē misereri ⁊ parcere ⌊risus uester⌋ ꝑ disso/
lutionē ⌊in luctū cōuertatᷣ⌋ per cōtritionem
Est aūt risus leticia exterior. gaudiū men
tē respicit interiorem ut sit mutatio inte/
gra in facie scilicet ⁊ mēte ⌊humiliamini in
conspectu dei⌋ qui uidet omnia quecūq3 la/
tētia ⁊ non solū in conspectu hominū ꝗ tā
tū uident patentia ⌊et exaltabit uos⌋ in ce
lo ubi ē ꝑfecta dilectio ⌊Nolite detrahere⌋
Hic consequentᷣ inducit ad dilectionē ꝓxi/
mi remouendo dilectionis īpedimēta dicēs
⌊Nolite detrahere alterutrum⌋ ꝑ quod in
fertᷣ fame detrimentū ⁊ ꝑ hoc innuit oppo
sitū scilicet conseruatione bone fame ⁊ eiꝰ
augmētū qđ est opus dilectionis ꝓximi ⌊ꝗ
detrahit fratri⌋ in ore ⌊aut qui iudicat fra/
treȝ suū⌋ esse malū in corde ⌊detrahit legi⌋
que prohibet hoc fieri. leui. xix. Non eris
susurro nec criminator in populo ⌊⁊ iudicat
legē⌋ facto designās eā eē malā quia fecit
tanq3 licitū qđ ipa dicit illicitum ⌊Si autē
iudicas legē non es factor legis⌋ obediens
ei ut superiori ⌊s3 iudex⌋ tanq3 superior ipi qđ
tamē est falsū. ideo subditᷣ ⌊Unus ē eni le
gislator ⁊ iudex⌋ scilicet deus ⌊qui pōt per
dere⌋ transgressores ⌊⁊ liberare⌋ legis facto/
res ⌊Tu aūt ꝗ es qui iudicas ꝓximū⌋ qua
si dicat tu usurpas tibi officiū diuinū. Ad
cuius maiorē intellectū sciendū ꝙ iudicare
propria auctoritate soli deo cōuenit. homi/
nibus aūt ex diuina cōmissione tam in fo
ro ecclesiastico q3 ī seculari. Ista tamē com
missio non se extendit ad ea que sunt om
nino occulta sed diuino iudicio reseruantur
De his autē que aliquo modo patent uel
per facta uel ꝑ signa possunt homines iudi
care. Et hoc pōt eē dupliciter. uno mō cū
ꝓcessu ad punitionē. ⁊ hoc soluȝ ꝑtinet ad
iudices. Alio modo sine tali ꝓcessu ⁊ hoc ēt
ꝑtinet ad alios homines. Sciendū tamē ꝙ
iudiciū importat sniām firmā de aliquo. Si
ergo ꝓcedat ex euidentia facti nullū ē pec/
catum ut siquis iudicet aliū homicidam q:
uidit eū homicidiū cōmittentē. Et idem ui
detᷣ si ꝓcedat ex uehemētibus signis ut si
quis uideat solum cū sola nudū cū nuda in
eodē lecto nisi appareat aliquid unde pos
sit hoc excusari in toto uel in parte ut cō/
sanguineitas multū propinqua sicut ē ma
tris ad filiū uel infirmitas grauis seu ali/
quod huiusmodi. ⁊ sic uidēs iudicat ꝑsonas
esse fornicarias si ambe sint solute uľ adul
teras si ambe uel altera sint ligate. Si aūt
ꝓcedat iudiciū ex probabilibus seu leuibus
signis ⁊ ē iudicium de graui peccato pecca
tu ē mortale q: tale iudiciū ē contra chari
tatē ꝓximi ⁊ ex ꝑuerso affectu. Si aūt nō
fit iudicium uel firma sententia sed magis
suspicio qua quis incipit dubitare de boni
tate proximi sic est ueniale peccatum. gra/
ue tamē uel minus graue secūdum maiori
tatē uel minoritatē suspicionis ⁊ ꝓbabilita
tis ⁊ leuitatis signoꝝ ⌊Ecce⌋ Hic consequē
ter inducit ad amorem dei ex bonitate eiꝰ
qua dat ⁊ conseruat eē naturale inducens
ad hanc considerationē ⁊ remouens oppo
sitū dicēs ⌊Ecce nunc qui dicitis hodie aut
crastino ibimꝰ ⁊c̈⌋ quasi uestrū eē ⁊ opari i
sit totalitᷣ in uestra ditione cū tñ nō sit ita
ideo subditᷣ ⌊ꝗ ignoratis qđ sit ī crastinū⌋

i.futurum quia deus poterit interim opus uestrum et uitam subtrahere. ideo subdit. [Que est enim uita uestra] et respondet [ua por est ad modicum patens] .i. ualde cito transiens [pro eo ut dicatis] .i. propter hoc debetis dicere tamquam coacti a ueritate [si dominus uoluerit et uixerimus] .i. preponentes suppositionem diuine uoluntatis in omnibus factis uestris ex qua dependet uita et omnis operatio uestra [Nunc autem exultatis in superbijs uestris] quasi diuino adiutorio non indigetis [omnis exultatio talis maligna] .i. malo igne ignita quia a demone procedens et ad ignem gehenne disponens et maxime homines litteratos et scientes secundum quod dicitur luc. xij. Seruus qui cognouit uoluntatem domini sui et non fecit uapulabat multis scilicet plagis. et hoc est quod dicit [Scienti igitur bonum facere et non facienti peccatum est illi] et si sit bonum necessitatis eius omissio est peccatum mortale. Si autem sit bonum supererogationis peccatum est ueniale et aliquando nullum.

Cap. v.

Agite nunc diuites] Postquam beatus iacobus induxit ad adherendum deo ex consideratione sue bonitatis. Hic consequenter idem facit ex consideratione sue seueritatis que maxime in iudicio apparebit. Sciendum tamen quod illud iudicium sicut erit terribile malis sic erit consolabile iustis. unde sal. de ipso loquens luc. xxi. dixit apostolis His autem fieri incipientibus respicite et leuate capita uestra id est exhilerate corda uestra ut exponit gregorius omelia prima ideo beatus iacobus malis primo incutit iudicis terrorem ut a peccatis resiliant. secundo iustis eius fauorem ut ei inseperabiliter adhereant ibi Patientes igitur. Circa primum primo incutit timorem iudicis cupidis a auaris dicens [Agite nunc diuites] scilicet uestras uoluntates et est ironica locutio que est intelligenda per contrarium. ideo subditur [Plorate ululantes] Est autem ululatus sonus confusus qui est signum magni doloris [in miserijs uestris] i. pro miserijs uestris que aduenient uobis in iudicio futuro ut patet ex sequentibus. Et subditur duplex causa. Prima est inde bita bonorum temporalium congregatio et conseruatio cum dicitur [Diuitie uestre naturales] ut bladum in horreo et uinum in cellario et huiusmodi. Consequenter loquitur de diuitijs artificialibus dicens [Aurum et argentum uestrum eruginauit] in terra absconditum [et erugo eorum in testimonium uobis erit] id est contra uos [et manducabit carnes uestras] .i. affliget quia erit causa afflictionis in gehenna post iudicium quia tunc anima cum corpore affligetur igne gehenne [thezaurisastis uobis iram] .i. aggregastis uobis dei uindictam [in nouissimis diebus] tunc erit finale iudicium. Consequenter ponitur causa secunda que est pauperum defraudatio cum dicitur [Ecce merces operariorum uestrorum clamat] uos accusando. Et sciendum quod tria sunt peccata que specialiter dicuntur clamare ad deum scilicet innocentis occisio. gen. iiij. uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Uicij contra naturam perpetratio. gen. xviij. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est etc. et pauperum defraudatio ut dicitur hic [et clamor eorum in aures domini sabbaoth] .i. exercituum [introijt] ad faciendam uindictam per angelos qui dicuntur eius exercitus quia sunt diuine iusticie executores [Epulati estis] Hic secundo incutit terrorem carnalibus et lasciuis et hoc ordinate quia diuitie prestant fomentum huiusmodi uicijs. dicit igitur [Epulati estis super terram] hoc est in presenti uita sed esurietis postea sicut patet de diuite epulone qui positus in tormentis guttam aque non potuit impetrare luc. xvi. [et in luxurijs enutristis corda uestra] in illis delectando et bene de luxuria loquitur post gulam quia ministrat sibi materiam quia semen est de superfluo alimenti. ij. de anima [In die occisionis] Hic tertio incutit terrorem crudelibus et malignis qui ex diuitijs suis et potentia mouent persecutionem iustis eo quod sint dissimiles eis secundum quod dicitur sap. ij. In persona eorum circumueniamus ergo iustum quoniam inutilis est nobis etc. ideo dicit [In die occisionis etc.] id est tempore primitiue ecclesie in quo fideles ducebantur ad iudicia et occidebantur sine sui resistentia. et sic ponitur hic singulare pro plurali cum dicitur occidistis iustum id est iustos quod frequenter fit in scriptura. Aliqui autem exponunt hoc de occasione christi Jesu qui dicitur iustus anthonomatice. quia non solum est iustus formaliter sed

etiam effectiue alios iustificando nec re/
sistit suis occisoribus cū tn̄ posset resistere
[Patientes igitur] Consequenter consula/
tur iustos ne in tribulationibus deficiant.
⁊ primo inducit eos ad patientiam. secūdo
ad reuerentiam dei ibi Ante omnia. Cir/
ca primum dicit [Patientes igit᷑ estote fra
tres] in tribulationibus [usq₃ ad aduentuz
domini] qui reddet uobis mercedem labo/
ris uestri. Et ponit exempluz dicens [Ec/
ce agricola expectat] usq₃ ad tempus debi/
tum [patienter ferrens] laborem in cultura
terre sue [donec accipiat temporaneum] .i.
primitiuum fructum. terra enim promissio
nis de qua loquitur reddit duplicem fructū
in anno scilicet in aprili ⁊ septembri [patiē
tes estote] repetitio est premisse sententie
ad maiorem impressionem [Nolite ingemi
scere fratres in alterutrum] uidentes mu/
tuas penas sed magis confortate alterutꝝ
ad fortiter tollerandū sicut sex fratres cū
matre uidentes cruciatū primi inuicem se
hortabant᷑ fortiter mori. ij. machabe. vij. [ut
non iudicemini] .i. condēnemini si per mu
tuam querelam ⁊ luctū frangamini per im
patientiam [ecce iudex] scilicet christus [an/
te ianuam assistit] ad uos roborandū uelo/
citer ⁊ premiandū ⁊ inducit ad hoc exem/
plum sanctorum dicens [Exemplū accipite
fratres] exitus mali scilicet quantū ad ma
lum pene ⁊ non culpe quia preciosa est in
conspectu domini mors sanctorum eiꝰ psal.
cxv. [⁊ longanimitatis] in expectatione ꝑ
missi [⁊ laboris] quottidiani [⁊ patientie] in
aduersitate [prophetas] uobis datos in ex
emplum ad talia sustinendū [qui locuti sunt
in nomine domini] constanter contēptis ꝑ
secutionibus quas propter hoc passi sunt
sicut patet de michea zacharia isaia hiere
mia ⁊ pluribus alijs [Ecce beatificamꝰ eos]
i. beatos dicimus [qui sustinuerunt] tribula
tiones patienter. Et inducit duo notabilia
exempla dicens [Sufferentiaz iob audistis]
quia exemplar patientie [datus est uobis
[Et finem uidistis domini] quia in sua pas
sione sustinuit dolorem acerbissimū patien
tissime. ⁊ dicit uidistis qꝛ multi adhuc uiue
bant qui passionem domini iesu christi ui/
derant [quoniaz misericors est dominus] in
affectu [⁊ miserator in effectu] Ex maxia
enim dei misericordia processit ꝙ daret no
bis filium suum in redēptionis nostre pre
cium ⁊ fortitudinis exempluz [Ante omnia]
Hic consequenter inducit fideles ad dei re
uerentiam ⁊ hoc in quattuor. primo in iu
ramenti deiuratione. secūdo in feruenti de
uotione ibi Tristatur autem. tertio in sa
cramenti susceptione ibi Infirmatur. quar
to in proximi correctione ibi Fratres mei.
Circa primum dicit [Ante omnia fratres
nolite iurare] .i. non preponatis iuramētū
omnibus uerbis uestris ⁊ promissis. hoc
dicitur ad remouendum errorem illorum
qui dixerunt iuramentum esse frequentan
dum eo quod dicitur deut᷑. x. dominum de
um tuuz timebis ⁊ illi soli seruies ipiq₃ ad
herebis iurabisq₃ in nomine illius propter
quod dixerunt ꝙ frequentatio iuramenti
facit ad reuerentiam dei. ⁊ sic est exercen/
da. Sed hoc patet falsum per dictum chri/
sti Math. v. Ego aūt dico uobis nō iurare
omnino ⁊c̄. ⁊ per dictuz beati iacobi ī hoc
loco. hoc etiam patet per rationem quia il
lud quod non requiritur nisi ad subueniē
dum defectui non est per se appetendū seu
frequentandum sicut patet de medicina q̄
nō queritur nisi ad subueniendū īfirmitati
⁊ sic ē d᷑ iuramēto. qꝛ n̄ q̄rit᷑ nisi ad subuēi
endū defectui quo unꝰ hō nō credit alteri ī
quo casu subuenit᷑ per iuramētū in quo in
ducitur ueritas dei infallibilis in testimo/
niū in se sicut cum iuratur per deum uel ī
aliqua creatura inquantuz relucet in ea ue
ritas diuina ut per celum qui thronus dei
est uel per terram quia scabellum pedum
eiꝰ Math. v. Iurare ꝑ creturā uero secūdū
se est illicitū. ⁊ sic patet ꝙ iuramentū nō ē
inducendum nisi in casu in quo est necessa
rium ad confirmationem ueritatis ⁊ sic in
telligenda est auctoritas inducta deut᷑. x.
in tali enim casu iurandum est per nomen
dei ⁊ non per nomina idolorum secun/
dum ꝙ dicitur exo. xxiij. Per nomina
deorum extraneoꝝ non iurabis quia per
ea non est confirmanda ueritas. hoc enim
pertinet ad infidelitatem ⁊c̄. [Sit autē ser
mo uester] extra casum predictum [est est.
non non] simpliciter ueritatem affirman/
do ⁊ negando falsitatem [ut non sub iudi/
cio] .i. condemnatione [decidatis] ex frequē
ti iuratione cadendo in falsam fidez eccle.
iij. Uir multum iurans replebitur iniqui/
tate [Tristatur] Hic consequenter inducit
ad dei reuerētiā in feruēti deuotione dicēs

[Tristatur quis in uobis]id est patit᷑ acci
diā que est quedā tristitia in obsequijs di
uinis[oret equo animo ⁊ psallat].i.nitatur
spiritum erigere ad orandum deo deuote ⁊
secrete.ideo dicit᷑[oret] q̄₃publice [⁊ psal/
lat].[Oratio enim ⁊ psalmodia sunt contra
dictā tristiciā optima remedia[Infirmat᷑]
Hic conseqeenter inducit ad dei reuerentiā
in sumptione sacramēti.⁊ primo facit ꝓpo
situm.secūdo declarat quoddā dictum ibi
Multum enim.primum facit in duplici sa/
cramēto scilicet unctionis extreme ⁊ peni
tentie quātum ad primū dicit[Infirmatur
quis in uobis] infirmitate de qua probabi
liter dubitatur mori.nam istud sacramētū
est exeuntium de hac uita[inducat presby
teros ecclesie ⁊c̄.]licet istud sacramētum fu
erit a christo institutū tamen p beatum ia
cobum fuit hic expressi⁹ publicatū[Et ora
tio fidei saluabit infirmū]corporaliter ⁊ spi
ritualiter.ideo subditur[Et alleuiabit eū
domin⁹]ab infirmitate si expediat ei[⁊ si
in peccatis sit]uenialibus remittent᷑ ei uir
tute huius sacrēti.Consequēter inducit ad
reuerenter sumendū penitētie sacramentū
quo remittunt᷑ peccata mortalia dicēs[Cō
fitemini ergo alterutrū] Ex quo patet ꝙ
cōfessio debet fieri non solum deo sed etiā
homini unde ⁊ in lege ueteri sacrificia q̄
offerebantur deo pro peccatis offerebant᷑
per manum sacerdotis[⁊ orate pro inuicē]
nam confessor tenetur orare pro confitente
⁊ econuerso[multum enim] Hic consequen
ter declarat quoddam dictū scilicet ꝙ ora
tio sit magne efficatie quia dixerat ꝙ ua/
let contra tristiciam ⁊ ad dei reuerentiam
in sacramentorum perceptione . ideo dicit
[Multum enim ualet deprecatio iusti]nam
econtra de iniusto dicitur eccle.xv . Non
est speciosa laus in ore peccatoris[assidua]
nam una de conditionibus que faciunt ora
tionem semp exaudibilem est ꝙ sit perse/
uerans . Alie uero due ꝙ sit pia ⁊ pro se
[Helias homo erat similis nobis passibil᷑]
nam timore[mortis]fugit a facie iezabelis.
iiij.reg.xix.[⁊ oratione orauit ut non plu
eret]iij.regū.xvij.[super terrā]scilicet isra
el.nā propter maliciam achab fuit illa pla
ga iuducta ut dictum fuit ibidem[⁊ rursū
orauit ⁊ celum dedit pluuiā]iij.regū.xviij
[Fratres mei] Hic ultimo inducit ad dei
reuerentiam in fraterna correctione que ē
actus dilectionis proximi ⁊ per consequēs
ordinatur ad dilectionem ⁊ reuerentiā dei
dicens[Siquis ex uobis errauerit a uerita
te]fidei uel morum[⁊ conuerterit quis eū]
ab infidelitate ad fidem uel a uicijs ad uir
tutes[saluabit animam eius a morte]scili/
cet culpe ⁊ gehenne[⁊ operit multitudinē
peccatorum[ut non uideantur a deo puniē
da pena eterna.⁊ sic ab eo recipiet᷑ in glo
ria ad quam nos perducat qui cum patre
⁊ spiritusancto uiuit ⁊ regnat in secula se
culorum.Amen.

Postilla fratris Nicolai de Lyra super ia
cobum finit. Incipiunt additiones super
eundem.

In capitulo primo ubi dicitur in postilla
Omne gaudium.i.celeste gaudium.

Additio.

Ratio autem huius dicti
[Omne gaudium estima
te fratres ⁊c̄]declaratur
in glosa ubi sic. Non est
christiane dignitatis in
temporalibus exaltari sꝫ
potius deprimi. mali nihil habent in celo
boni nihil in mundo sed spe illius boni ad
quod tendit quicquid in uia contingat gau
dere debetis.hec in glosa.

In eodem capitulo primo ubi dicitur in
postilla. Sit autem omnis homo uelox ad
audiendum.

Additio.

Licet hoc quod dicit᷑[Sit autē o̅s
homo uelox ad audiendū .tardus
ad loquendum] satis proprie intelligat᷑ de
auditu a docēte ⁊ huiusmōi tn̄ uidet᷑ ēt hoc
documentū se extendere ad alias collocu/
tōnes humanas in quib⁹ homo prius debꝫ
audire q̄₃ loqui.iuxta illud ꝓuer.ca. q
ante respondet q̄₃ audiat stultū se demon/
strat ⁊ cōfusione dignū.Et hec expositio
magis concordat littere sequenti cum dicit
[Et tardus ad iram] ex locutionibus enī
inordinatis consueuit ira prouocari magis
q̄₃ ex hoc ꝙ quis se ingerat ex officio do
ctoris.

In eodem capitulo ubi dicitur in postilla
In speculo ī quo uidet᷑ umbratice imꝑfecte

Additio.

Uper illud[Hic compabitur uiro consideranti uultum natiuitatis sue in speculo] Glosa sicut talis considerans non rem sed solum umbram uidet sic ille qui habet solum umbram uerboꝝ non corpus operis.

In capitulo secundo ubi dicitur in postilla Quicunq; autem totam legem seruauerit offendit autem in uno.

Additio.

N hoc quod dicit apostol⁹[Quicunq; offenderit in uno factus est omnium reus]non uidetur loqui de pena damni tantum cuz de distinctione inter penam damni ⁊ penam sensus nulla fit mentio in hoc loco nec in precedentibus nec in sequentibus In hoc etiaz ꝙ sequitur[Qui enim dixit non mechaberis ⁊ non occides non habetur nec innuitur talis distinctio. unde expositio postillatoris de hoc ꝙ dicitur qui offendit in uno ⁊c.non uidetur ꝓpria seu littore consona licet quod presuponit uerum sit. Et ideo aliter uidetur dicendum. Ad quod sciendū ꝙ precepta diuine legis presertim que obligant ad semp ⁊ pro semper de quibus hic agit̃ copulatiue sunt intelligenda sic ꝙ ad omnia seruanda omnes obligantur unde qui in uno offendit manifestū ē ꝙ nō omnia seruat ad quorum omnium obseruationem tenetur. Et ideo factus est omniū reus. i. reus tanq; ille qui non omnia seruauit ut tenetur. Et hoc uidetur dicere glosa ubi sic Reus est apud deum qui nihil dimittit impunitum qui scit quoniā necessariā legem dederit. qui negligit mandatuz credidit illud inaniter a deo datum. hec in glosa. Ex quo habetur ꝙ qui offendit in uno ostendit suo facto non esse necessariam totam legem. ⁊ sic totius legis est reus. Et notandum ꝙ beatus iacobus in hoc docet contra falsam doctrinam phariseorum . qui legem diuinam falso interpretantes cōmuniter tenent ꝙ ille qui plura mādata numero seruat ⁊ tamen in paucis trāsgreditur nihilo minus est iustus apud deuz eo ꝙ deus ut dicunt iudicat hominem secundum pluralitatē uel paucitatem meritorum ⁊ demeritorum ita ꝙ ille qui plura opera meritoria fecit etiam si pauca aliqua numero de meritoria postea cōmittat non propter hoc ē iniustus apud deum quod manifeste ponit ra. moi. in suo deutero. in dis. prima de penitentia. ⁊ sic alij tenent cōmuniter que quidem doctrina falsissima est ⁊ erronea. Legitur eniz deute. xxvij. inter maledictiones que ibi ponunt̃ contra transgressores legis ultima Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius nec eos perficit Ex quo patet ꝙ per transgressionez uni⁹ precepti non perficitur lex. ⁊ sic incurritur illa maledictio. Itē habet̃ exp̄ssius ezechi. xxxiij. ubi sic Etiam si dixero iusto ꝙ uita uiuat ⁊ cōfessus in iusticia sua fecerit iniquitatez omnes iusticie eius obliuioni tradent̃. ⁊ sic patet ꝙ pharisaica doctrina in hoc sicut in alijs q̄zplurimis deuiat a ueritate sacre scripture. ⁊ de hoc docet nos apostol⁹ in dictis uerbis ut predictū est ⁊c.

In eodem capitulo ubi dicit̃ in postilla Superexaltat autē misericordia iudicio ⁊c.

Additio.

Oc qd dicitur[Superexaltat autē misericordia iudicio] aliter ⁊ magis proprie exponitur in glosa ubi sic. supponitur misericordia iudicio qz iudiciuz qd est cum misericordia per ipsaz misericordiā commendabilius est ⁊ magis placet. hec in glosa. Quod aūt postillator allegat de ra. ta. est una de iniquitatibus talmudicis quibus irritū faciebant mandatum dei propt̃ traditiones suas ut largius fuit dictum in additione sup esa. xxxiiij. ⁊ zach. v.

In capitulo quinto ubi dicitur in postilla Donec accipiat temporaneum.

Additio.

On memini legisse de terra promissionis q duplicē fructū in āno redderet nec de hoc cōmendat̃. deut. viij. ubi de alijs ptinentib⁹ ad fertilitatem seu fructificationē terre laudat̃. multi etiā pegrini ibi transeunt qui hoc non referunt hoc autē quod dicitur[Donec accipiat temporaneū ⁊ serotinū] potest intelligi de hoc qd cōmuniter cōtingit ī oibus regionibus scilicet ꝙ aliq fructus eiusdē speciei ueniūt magis tēpestiue q̄z alij quoꝝ primi dicūt̃ temporanei secundi uero serotini.

Additiones super Jacobum finiunt.

Incipit postilla super epistolas canoni/
cales Petri.

Petrus apostolus] Hec est secūda ps
principalis hui⁹ li
bri. in q̄ ponūt̄ epi
stole beati Petri. ⁊
diuidit̄ in duas se/
cundū duas ei⁹ epi
stolas. Epistola ue
ro prima ī tres partes diuidit̄ scilicet ī ꝓ
fationez ꝓsecutionē ⁊ conclusionē. Secūda
incipit ibi Benedictus. tertia ibi Per sil/
uanum fidelem ꝓpe finē. In ꝓfatione ꝑmo
describitur ꝑsona salutans ⁊ hoc ex nomi
ne cum dicit̄ [Petrus] Primo eniz uocatus
fuit simon. sed postea cognomiatus Petr⁹
a petra quod est christ⁹ ꝓpter fidei firmi/
tatem. vnde dicit Augustin⁹ In omnib⁹ ar
dentissime fidei inuenit̄ petrus. Et ex offi
cio cum subditur [apostolus. iesu christi]
2°. describūtur ꝑsone salutate cuz dicit̄ [e/
lectis] scilz a deo ad fidem catholicaz [Adue
uenis] Aduene dicebant̄ illi qui de gentili
tate cōuertebant̄: ⁊ illis uidetur beat⁹ pe/
trus specialiter scribere [dispersionis] id ē
existentib⁹ extra terram iudee. quod patz
ex hoc quod subdit̄ [ponti galathie ⁊c.] et
nominat ista loca q̄ꝛ siluanus per quē scri
psit qui est silas forsitā uolebat ire ad illa
loca ad confirmandū fideles eo ꝙ ibi fue/
rat in ꝓdicatione cuz paulo vt patet ī acti
bus apostoloꝝ [secūdum ꝓscientiam] istud
refertur ad illud quod supra dicit̄ electis.
hec enim electio īcludit aliq̄d eternum sci/
licet scire ⁊ uelle diuinum. et q̄ꝫtum ad hoc
dicitur [secundū prescentiā dei p̄ris] ⁊ acci/
pitur hic ꝓscientia ꝓ ꝓdestinatione que in/
cludit etiam aliquod temporale. s. collatio/
nem gr̄e in ꝓsenti ⁊ glorie in futuro. et q̄ꝫ
tum ad hoc dicit̄ [in sanctificatiōe spirit⁹]
talis enim sanctifitatio appropriat̄ spiritui
sancto [in obedientiaz ⁊c.] id est ꝑ obedi/
entiaz [iesu christi] q̄ fuit obediens usq̄ꝫ ad
mortem mortez aūt crucis. phil. ij°. Ab hac
aūt passione habēt efficaciam sacramenta
noue legis que sunt instrumēta nostre sā
ctificatiōis. Tercio describūtur optata bo
na cum dicit̄ [Gratia uobis] in ꝓsenti [et
pax] in futuro [multiplicetur] q̄ꝛ tunc quie
tabit̄ totus hominis appetit⁹ [Benedict⁹]
Hic incipit ꝓsecutio siue tractatus in quo
beat⁹ petrus informat fideles. et primo ge
neraliter quantū ad omnes. secundo magis
specialiter quantū ad aliquos status spiri
tuales ibi Serui subditi estote post medi/
um secūdi capituli. Prima in duas. q̄ꝛ ꝑmo
fideles informat de spūali regeneratiōe. se
cundo de renatoꝝ educatione 2°. ca°. Prima
adhuc in duas. quia ꝑmo de regeneratio
nis beneficio deo regratiat̄. secundo rena
tos ad uite mundiciaz exhortat̄ ibi Pro/
pter quod succincti. Prima adhuc in tres.
q̄ꝛ primo regratiat̄ de regeneratiōe ba/
ptismali. secūdo respondz tacite q̄stioni ibi
In quo exultabitis. tertio ꝓpositū ꝯfirmat
oraculo ꝓphetali ibi. de qua salute. Circa
primū sciendū ꝙ beneficium regeneratiōis
baptismalis est cōmune fidelib⁹ cunctis. ꝓ/
pter quod de hoc beneficio regratiat̄ bea/
tus petrus ꝓ se ⁊ alijs. ⁊ ut eos inducat ad
similes gratiaꝝ actiones dicit igit̄ [Bene
dictus deus] q̄ꝫtum ad totam trinitatē [et
pater] q̄ꝫtum ad patris personā [qui secun
duz magnam misericordiā] ⁊ non secundū
merita nostra [regenerauit nos] id est ī sa
cramēto baptismi per quod efficimur filij
dei adoptiui [in spem uiuam] id est certam
[per resurrectionē iesu christi ex mortuis]
per quaz habemus certitudinē future glo
rificationis. q̄ꝛ cum esset passibilis homo si
cut ⁊ nos ad uitam īmortalem resurrexit.
Et q̄ꝛ filij adoptiui habēt ius in heredita
tis participatione. ideo subdit̄ [in heredita
tem. i. ad consequendū hereditatem [incor
ruptibilem] nam hereditas celestis nunq̄ꝫ
deficit [⁊ incontaminataz] q̄ꝛ nihil īmundū
recipit [immarcessibilē] nam suum decorem
nunq̄ꝫ minorauit. sed q̄ꝛ non omnes rena
ti per baptismuz hanc hereditatem conse/
quūtur sed solum ꝑseuerantes in bono se
cundū ꝙ dicitur math. x°. Qui aūt perse/
uerauerit vsq̄ꝫ in finem hic saluus erit. iō
subditur [Conseruataz in celis] nō omnib⁹
renatis [sed in uobis]. i. ꝓ uobis [qui ī uir
tute dei custodimini] ꝑseuerantes in bono.
que ꝑseuerantia principaliter est a deo [ꝑ
fidem] charitate informataz [in salutem]. s.
consequēdam [paratam reuelari in tempo
re nouissimo]. i. in finali iudicio. tunc eniz
reuelabit̄ manifeste. nam electi apparebūt
gloriosi in aīa ⁊ corpore [In quo ⁊c.] Hic
consequēter beat⁹ petrus respondet cuidā
tacite q̄stioni que posset ex ꝓdictis oriri.

Nam ex hoc quod dictū est baptizatos es
se filios dei adoptiuos ⁊ coheredes regni
celestis. posset aliquis infirmus fidelis que
rere. Igit̃ quomodo dimittit nos de⁹ filios
suos tot ⁊ tantas tribulationes sustinere:
Nam in ecclesia primitiua credētes susti
nebant multas tribulatiōes. Ad quod re
spondet petrus.d. ꝙ hoc non ē ad malum
credentium sed ad bonuꝫ eoꝝ. sicut aurum
in fornace ꝓiectum inde non deteriorat̃ sed
purius ⁊ melius efficit̃. ⁊ hoc est qḋ dicit
⌊in quo exultabitis⌋eternaliter ⌊modicuꝫ
nunc si oportet contristari⌋temporalit̃⌊In
uarijs tētationibus⌋ꝑsecutionum in rebus
possessis aut in amicis uel etiā corporibus
ꝓprijs. Omnes enim pene temporales mo
dice sunt respectu eternitatis⌊vt ꝓbatio fi
dei uestre⌋in tribulationis fornace⌊inuenia
tur⌋.i. concedat uobis⌊in laudem ⁊ gloriā⌋
sempiternā⌊in reuelatione iesu christi⌋.i. tē
pore iudicij in quo manifestabit gloriaꝫ ele
ctoꝝ ut ꝑdictum est⌊quem non uidentes di
ligitis⌋Iꝫ enim aliqui adhuc uiuerent q hu
manitatem christi uiderant tñ eius diuini
tatem non uiderāt de qua est fides. iō sub
ditur ⌊In quem quoqꝫ non uidentes nunc
creditis⌊ fide formata charitate q̄ facit cre
dentē dignuꝫ uita beata. ideo subdit̃⌊Cre
dentes aūt exultabitis ⁊c̃. Et pꝫ littera ex
ꝑdictis.⌊De qua salute⌋Hic consequenter
confirmat ꝑdicta oraculo ꝓphetali dicens
⌊De qua salute⌋fienda ꝑ christum⌊exquisi
uerunt atqꝫ scrutati sunt ꝓphete⌋non natu
rali lumine aut ratione sed supnaturali il
lustratione⌊in quod uel quale tempus⌋sci
licet christi ministerium impleret̃ tempore
ꝓpinquo uel longinquo. ⁊ si impleret̃ tem
pore pacifico uel bellicoso. de utroqꝫ eniꝫ ꝓ
phetauerūt. Nam geñ. xlix. patriarcha Ia
cob ꝓphetauit ꝙ esset implendum tempore
quo deficeret regnum iudeoꝝ dicens Nō
auferet̃ sceptrum de iuda ⁊ dux de femo
re eius donec ueniat qui mittendus est. Si
militer ꝓphetauerūt ꝙ tempore pacis esset
implendū. Esaie. ij. Et conflabunt gladios
suos in uomeres ⁊ lanceas suas in falces.
Christ⁹ enim omnibus regnis pacatis na
tus est sub imperio romanoꝝ. luc. 2°.⌊Sp̄s
christi⌋qui loquebat̃ in ꝓphetis q dicitur
sp̄us christi. sicut ⁊ p̄ris qꝛ ꝓcedit a patre
⁊ filio⌊ꝑnuncians que in christo sunt⌋ imple
ta⌊passiones ⁊ posteriores glorias⌋sicut pꝫ

Esa. liij. vbi multipliciter loqtur de passio
ne christi ⁊ glorificatiōe ipsius in fine capi
tuli. Dicit tñ passiones ⁊ glorias in plura
li. qꝛ non solum est passus in se sed etiā in
membris suis. Similiter eius gloria deriua
tur ad mēbra⌊qbus reuelatum est qꝛ nō si
biipsis⌋Mysterium enim christi quod fuit
eis reuelatum non fuit eoꝝ temporibus ad
impletū sed tempore christianoꝝ. ideo sub
dit̃⌊Uobis autem ministrabant⌋ꝑnuncian
do futura⌊que nunc uunciata sunt vobis⌋i
pleta⌊per eos qui euangelizauerūt vobis⌋
id est ꝑdicaueruut euangelium⌊spiritusan
cto de celo misso⌋in signo uisibili in die pē
tecostes. tunc enim fuerūt illumiati ⁊ con
stantes effecti ad ꝑdicandum euangelium i
omnib⁹ linguis. ꝓpter quod eis non min⁹
credendum est q̈ꝫ ꝓphetis qꝛ eodeꝫ spiritu
locuti sunt. immo magis inquantū per eun
dem spiritum fuerūt magis illuminati.⌊In
quem desiderant angeli ꝓspicere⌋nam eadē
est uisio ⁊ fruitio triuꝫ ꝑsonaꝝ. istud tamē
desideriuꝫ non importat expectationē non
habiti sed continuationē habiti.⌊Propter
quod⌋Hic consequenter inducit renatos ad
mundiciam uite. ⁊ primo ponit suam moni
tionē, secūdo inducit ad hoc multiplicē ra
tionē. ibi Et si patrem. Circa primuꝫ dicit
⌊Propter quod⌋.i. qꝛ estis filij dei ꝑ adopti
oneꝫ vt predictū est⌊Succincti lumbos mē
tis uestre⌋.i. casti corpore ⁊ mente⌊sobrij⌋i
uictu ⁊ uestitu⌊⁊ perfecti⌋in omni uirtutis
actu⌊sꝑantes in eā q̄ offert̃ vobis grãꝫ⌋.i.
sperate ad consequendā gloriaꝫ que ē gra
tia consummata que offertur qñ gratia in
p̄nti datur que est arra glorie⌊in reuelati
onem iesu christi⌋.i. per eius reuelationem
qñ aperte facie ad faciem videbit̃⌊quasi fi
lij obedientie⌋i mandatoꝝ dei adiplete.⌊nō
configurati⌋.i. nō conformati⌊priorib⁹ igno
rantie uestre desiderijs⌋.i. carnalib⁹ vitijs
qbus eratis dediti āteqꝫ de tenebris igno
rantie uocati essetis ad lumen fidei⌊sed se
cundū eum q uocauit uos sanctum⌋ut ei cō
formemi. ꝓpter quod subdit̃⌊ vt ⁊ ipsi san
cti in omni conuersatione sitis⌋ imitantes
eum ꝓut poteritis⌊quoniam est scriptū⌋ le
ui. xix. Sancti eritis ⁊c̃.⌊Et si p̄rem⌋Hic
consequent̃ inducit ad suū ꝓpositum mul
tiplicem rōnem. Prima accipit̃ ex dei ti
more q facit ab imundicia recedere. ꝓuer.
xv. Per timorem declinat omnis homo a

malo.d.Et si přem inuocatis eū] ⁊ accipit̄
hic 'si p q̄ꝛ.q̄a fideles inuocant deum tanq̄
patrem suum [q. sine personaꝝ acceptione
iudicat in equitate iusticie secundū uniuscu
iusq̄ opus] reddens ei penam uel premiuꝫ
ꝓpter hoc est magis timendus [in timore
ꝛc.]iungat̄ sic littera [conuersami tempo/
re incolatus uestri].i. tempore pn̄tis uite.
[in timore] qui facit offensaꝫ dei patris ca
uere[Scientes] Hic ponit̄ secunda ratio q̄
accipitur ex homīs ualore. que ptꝫ ex hoc
q̄ redemptus est tanto precio.s. sanguine
christi p̄cioso ꝓpter quod non debꝫ se par
uipendere uicijs carnalibus maculando. vñ
dicit hugo libro de arra sponse. Amplius mi
hi esse uilis non debeo. q̄ꝛ tantū deo placui
ut mori p me eligeret ne me perderet. iō
dicit̄ [Scientes q̄ non corruptibilibus ꝛc.
de uana uestra cōuersatione paterne tra/
ditionis]Conuersi eniꝫ de gentilitate a pa
rentibus erant īformati idolis seruire. qđ
est ualde uanum. Nam idolum nihil est. p̄
ma corinth. x°. sicut conuersi de iudaismo e
rant informati a parentibus spūalibus .s.
sacerdotibus relinquere mādata dei ꝓpter
traditiones hominuꝫ. ut habet̄ Math. xv.
quod erat etiam ualde malum. Potest etiā
hoc intelligi de cerimonijs ueteris legis q̄
dicunt̄ uane. tum q̄ꝛ non conferebant gra
tiam. tum quia cessauerunt in morte christi
q̄ꝫtum ad obligationem [precogniti q̄dem
ante mundi constitutioneꝫ]nam ab eterno
mysterium christi fuit preordinatū a deo.
[ꝓpter uos].i. ad utilitatem uestram [qui
suscitauit eum a mortuis] Suscitatio uero
christi licet facta fuerit a tota trinitate. at/
tribuitur tamen patri sicut ⁊ potentia per
quam facta est [⁊ dedit ei gloriaꝫ].s. corpo
ris quam accepit in sua resurrectione. naꝫ
ab instanti conceptionis habuit gloriam a
nime[ut fides uestra ⁊ spes]de beatitudine
consequenda[esset in deo]id est ab ipso re
cipienda[Animas uestras]Hic ponit̄ tertia
ratio que accipitur ex fraternitatis amore
qui turbatur quando aliq̄ uitijs se macu/
lant que alij abhorrent. ideo dicit[Animas
uestras castificātes].i. uosmetipsos totuꝫ a
digniori parte nominando [In obedientia
charitatis] id est ex charitate mandata
dei seruando in quibus prohibetur adul/
terium ⁊ etiam concupiscētia uxoris aliene
[in fraternitatis amore]id ē sicut uere fra

tres in fide[simplici corde] id est sine plica
dolositatis seu falsitatis[inuiceꝫ diligite at
tentius] q̄ꝛ si homo diligit fratrem suum
carnalem quāto magis debet diligere spiri
tualem fratrem suuꝫ[Renati]Hic ponitur
quarta ratio que accipit̄ ex originis hono
re. Homo enim attendens nobilitatem sue
originis etiam secundū carnem abhorret ui
cijs fedare eā. ⁊ multo magis debet abhor
rere fedationē sue spūalis originis que in
compabiliter est dignior. ⁊ hoc est quod di
cit[Renati nō ex semine corruptibili]debe
tis supple uosmetipsos castificare. vnde re
fertur ad id quod predicit̄ Animas uestras
castificātes [p uerbum dei uiui]expressum
in sacramento baptismi in quo fit regene
ratio. accedente enim uerbo ad elementum
fit sacramentū [et permanētis]in eternum
in suo effectu. Caracter enim baptismalis
est indelibil̄. Gratia etiam ibi data est ar
ra uite eterne[q̄ꝛ omnis caro fenum]⁊ hoc
accipit̄ de Esa. xl. ca°. per quod oñditur q̄
omnis nobilitas carnalis originis nihil ē
respectu spūalis[Hoc est autem uerbū qđ
est euangelizatuꝫ in uobis]id est apud uos
Nam primo p̄dicatur regeneratio bapti/
smalis. ⁊ postea cetera sacramēta.

Eponētes. Postq̄ꝫ beatus pe/
trus instruxit fideles de rege
neratione spūali Hic consequē
ter instruit eos de educatione
consequenti sicut in opere nature nutritio
sequit̄ generationeꝫ. ⁊ diuiditur in duas p
tes. q̄ꝛ primo inducit ad hanc educationem
secundo ad consequenduꝫ perfectionem. ibi
Ad quem accedentes. sicut in naturalibꝰ p
fectio sequit̄ educationem. nutritio uero in
fide ⁊ moribus presupponit uitioꝝ abiectio
nem. ideo dicit[deponentes igit̄ omneꝫ ma
liciam]id est malam cogitationē contra p/
ximum adhuc in corde latentem [⁊ omnem
dolum]id est uerbum p̄ximi deceptoriuꝫ [⁊
simulationes]bonitatis apparentis tantuꝫ
[⁊ inuidias].i. tristicias de bonis p̄ximi[et
omnes detractiōes]quibus infert̄ nocumē
tum p̄ximo in eius fama que est preciosior
pecunia [sicut modo geniti infantes ratio/
nabiles sine dolo]regenerati enim per ba
ptismuꝫ debent esse similes infantibꝰ q̄ꝫtuꝫ
ad innocentiam sed non quantū ad igno/
rantian[lac concupiscite].s. facilioris doctri
ne secundū q̄ dicit̄ prima corinth. iij. Tan/

54

q̄z ꝑuulis in chriſto lac uobis potum dedi
Non enim de nouo baptizatis debent ar/
dua ⁊ difficilia fidei ꝓponi que nō ſunt ab
eis capibilia ſed tantū leuia. ſicut nec pue/
ris corporaliter dantur ſtatim cibaria ſoli
da ut carneſ ⁊ piſces ſed de facili cōuertibi
lia ut lac ⁊ huiuſmodi [ut in eo creſcatis in
ſalutem] i. per noticiam facilium aſcendatiſ
ad noticiam magis difficilium ⁊ ꝓficiatis ī
augmento fidei ⁊ moꝝ [Si tamē guſtaſtis
quoniaz dulcis eſt dn̄s] Sicut enim cibꝰ cor
poralis non ꝓficit niſi ſapiat ſic nec ſpiritu
alis [Ad quem accedentes] Hic cōſequenter
inducit fideles ad pfectionis adeptionez. ſe
cundo adepte diffinitionez. ibi Uos autem
Prima in tres. q̄r primo facit ſuam admo/
nitionem. ſecundo inducit ſcripture ↄfirma
tionez ibi Propter quod. tertio infert ſuā
concluſionem ibi Uobis igiť. Circa primū
ſciendū ꝙ chriſtus eſt fundamentū eccleſie
ſecundū ꝙ diciť prima corinth. iij. Funda/
mentū aliud nemo poteſt ponere preter id
quod poſitum eſt quod eſt chriſtus Jeſus.
Huic autem fundamento adherent fideles
per fidem charitate formatā. ⁊ ſic ꝓficiunt
ad augmentū fidei ⁊ moꝝ. ⁊ hoc eſt quod
dicit [Ad quem] ſ. chriſtum [accedentes] fide
formata charitate [lapidem vnuz] non tan/
tum formaliter ſed etiam effectiue. q̄r cau/
ſat in alijs uitam ſpūalem [ab hominibꝰ q̄
dem reprobatum] i. iudeis pfidis humana
tantū ſapientibꝰ ⁊ non diuina. [A deo autē
electum] ad ſalutem mundi fiendaz p ipſum
[⁊ honorificatum] in miraculoꝝ operatione
⁊ in ſua glorioſa reſurrectione ⁊ aſcenſiōe
⁊ ſpūſſancti miſſione [⁊ ipſi] i. uoſipſi [tan/
q̄z lapides uiui] per fidem charitate forma/
tam [ſupedificamī domos ſpūales] id eſt in
domos ſpūales [ſacerdotium ſanctum ⁊c.
Circa quod ſciendū ꝙ ſicut homo chriſtus
eſt dei templum. q̄r in eo habitat diuinitas
⁊ ſacerdos ⁊ hoſtia inq̄ztum obtulit ſemet
ipſum deo patri ꝓ ſalute mundi. ſic fideles
ei conformati: ſunt dei domus uel templuz
inq̄ztum deus habitat in eis per gratiam.
Sunt etiam ſacerdotes ⁊ hoſtia inquātum
ipſos offerunt deo p deuotionem ⁊ ſanctā
operationē. ideo ſubdiť [offerentes ſpiritu
ales hoſtias] non carnales ſicut in lege ue
teri [acceptabiles deo p ieſum chriſtum per
quem ſumus deo patri reconciliati. ꝓpter
quod in fine oblationuz ⁊ orationum eccle
ſie poniť Per dominū Jeſum chriſtum vel
aliquod ſimile. q̄r per ipſum noſtre oblatio
nes ⁊ orationes ſunt accepte. [Propť qd̄]
Hic conſequeuter ad ꝓpoſitum inducit ſcri
pturā dicens [Propter quod cōtinet ſcriptu
ra] eſaie. xxviij. ſecundū tranſlationē. lxx.
[Ecce ponam ī ſion] i. in eccleſia per ſion
figurata eo ꝙ ibi chriſtus p̄dicauit ⁊ apo/
ſtolis ſpiritumſanctū miſit [lapidē ſummū]
id eſt chriſtum ſicut ibidē declaratum fuit
etiaz p dicta hebraicoꝝ doctoꝝ [angularē]
q̄r chriſtus coniunxit iudeos ⁊ gentiles in
vna eccleſia tanq̄z duos parietes. [electum]
a deo ad opus noſtre redemptionis. [p̄cio/
ſum] p inhabitationem deitatis [⁊ qui cre/
didit in eum tanq̄z in ſaluatorem omnium
fide formata charitate [non confundeť] ſed
magis honorabiť celeſti honore [Uobis igi
tur] Hic ex dictis infert concluſionē dicenſ
[Uobis igiť honor credentibus] erit ſup/
ple in celeſtibus. [non credentibꝰ autem la
pis quem reprobauerūt edificantes] i. iu/
deoꝝ ſcribe ⁊ ſacerdotes. [hic factus eſt in
caput anguli] coniūgens iudeos ⁊ gentiles
in una eccleſia dei [⁊ lapis offenſionis ⁊ pe
tra ſcandali] Hoc accipiť de Eſa. viij. ⁊ in
telligiť ad litteram de reprobatiōe iudeoꝝ
ut ibidem dictum fuit. ideo ſubdiť [his qui
offendunt uerbo] i. iudeis obſtinatis blaſ/
phemātibus chriſtum [nec credunt in quo ⁊
poſiti ſunt] Ad hoc enim fuit eis data lex
ut diſponerenť ad chriſtum ſecundū ꝙ dici
tur gala. iij. Lex pedagogus noſter fuit in
chriſto. ⁊ ipſi pro maiori pte remāſerunt in
creduli [Uos autem] Poſtq̄z induxit fideleſ
ad pfectionem conſequendā Hic conſequē
ter inducit eos ad huius pfectionis diffuſi
onē. tunc eniz diciť aliquid pfectum cū po
teſt alterum facere quale ipſum eſt. 4°. me
thauroꝝ. ⁊ primo inducit ad hanc diffuſio
nem faciendā uerbo p̄dicationis. ſecūdo ex
emplo ſacre cōuerſationis. ibi Cariſſimi.
Circa primū dicit [Uos autem genus ele/
ctum] ſupple eſtis p baptiſmuz in quo fa/
cti eſtis filij dei adoptiui ⁊ p conſequēs de
genere eius [regale ſacerdotium] i. confor
mati chriſto q eſt rex ⁊ ſacerdos ſecūdum
ordinez melchizedech qui fuit rex ⁊ ſacer/
dos. gen̄. xxiiij. ⁊ ſic eſt de ueris chriſtia/
nis qui ſunt reges per ſubiectionē paſſio
nuz. ⁊ ſacerdoes p orationis deuote ſacrifi
cium. ideo diciť apoc̄. v°. Feciſti nos deo no

stro regnū ⁊ sacerdotes ⁊c. [Gens sancta]
id est p baptismū lauata ⁊ mundata [popu
lus acquisitionis] precioso sanguine christi.
ut dictum ē capitulo pcedenti. [ut uirtutes
eius annuncietis] uerbo sancte exhortatio/
nis [qui de tenebris] ignorantie [uos uoca/
uit in admirabile lumen suū] .s. fidei ⁊ gra
tie. ⁊ finaliter ad lumē glorie [qui aliquādo
non populus dei] ante conuersionem. Hec
autem scriptura accipit᷑ de osee primo ⁊ in
telligit᷑ ad litteram de uocatione gentium
ad fidem ut ostensum fuit ibidez. ⁊ hic in/
ducitur. qꝛ sicut dictum est in principio hu
ius epistole beat⁹ petrus uidet᷑ eam specia/
liter scripsisse cōuersis de gentilitate. Gen
tiles autez dicebant᷑ non populus dei eo qꝫ
erant idolatris dediti. Judei uero diceban/
tur eius populus. ut patet in multis locis
ueteris testamenti eo qꝫ erant cultores uni
us dei [Nunc autez popul⁹ dei] quasi dicat
Nunc aūt ecōuerso est. nam iudei obstina
ti facti sunt non populus dei. gentiles uero
conuersi populus eius qꝛ christo incorpora
ti [qui non consecuti misericordiaz] qꝛ gen/
tiles non habuerūt pphetias ⁊ legem diui
tus datam sicut iudei [Nunc autez miseri/
cordiam consecuti] p legis euangelice susce
ptionez. [Carissimi] Hic consequenter idu
cit fideles ad diffusionē fidei per exemplū
sancte ↄuersationis. secundo per exempluz
debite subiectionis ibi. subiecti estote. Cir
ca primuz dicit᷑ [Obsecro uos tanq̄ꝫ adue/
nas ⁊ peregrinos] a ciuitate celesti hebre.
xiij. Non enim habem⁹ hic manentez ciui
tatem sed futuram inquirim⁹ ideo peregri
ni sumus [abstinere uos a carnalibus desi/
rijs] Peregrini eniz non querūt in delicijs
manere sed festinant ad priam transire. et
hoc potissime competit predicatorib⁹ secun
duz qꝫ dicit apostol⁹ prima corinth. ix. casti
go corpus meum ⁊ in seruitutez redigo ne
forte cum alijs predicauerim ipse reprobus
efficiar deuictus a delicijs carnalibus. ideo
subditur [que militant aduersus animam] a
culmine uirtutis ipsam deijciendo [cōuersa/
tionem uestraz inter gentes habentes bo/
nam] non ad laudem ppriam sed ad dei glo
riam ⁊ pximi edificationem. ideo sequitur
[glorificent deum in die uisitatiōis] diuine
gratie eos cōuertendo. [Subiecti] Hic ↄse
quenter inducit eos ad dandū exemplū de
bite humiliationis q̄ est fundamentū ⁊ cu/
stos omnis uirtutis. d. [Subiecti estote] ue
ra hūilitate [omni humane creature ppter
deum] inq̄ꝫtum eius imago relucet in ea. ⁊
potissime superiorib⁹ psonam dei repsentā
tibus. ideo subdit᷑ [Siue regi ⁊c.] ⁊ sequit᷑
[ad uindictam malefactoꝝ] sicut sunt extir
patores uicioꝝ ⁊ cōseruatores uirtutum. p
pter quod eis debet᷑ honor qui exhibend⁹
est alicui ratione uirtutis in se uel in alijs
ut dictum est supra Ja. ij. [quia sic est uolū
tas dei] quam implere debetis [ut benefaci
entes obmutescere faciatis ⁊c.] qꝛ per hoc
ab eis auferetis materiā loquendi de uobis
[quasi liberi] secundū ueritatem que est li/
bertas a uicijs [⁊ non quasi uelamē haben
tes malicie libertatē]. q. d. libertas uestra
sit ad bonum ⁊ non ad malum. quod dicit
cōtra aliquos qui dicebant se esse liberos
a tributo eo qꝫ erant filij dei p baptismū.
quod nō est ueꝝ. ⁊ sic retinendo illud quod
debebat᷑ dominis temporalibus committe
bāt furtum [sed sicut serui dei] qui reddunt
unicuiqꝫ quod est sibi debitū. Math. xxij.
Reddite que sunt cesaris cesari ⁊ que sunt
dei deo [Omnes honorate] inq̄ꝫtum relucet
in eis imago dei. [Fraternitatem diligite]
quasi dicat lꝫ omnes sint charitate diligen
di tamē specialiter christiani qui sunt fra/
tres uestri ex christo ⁊ ecclesia. sicut ⁊ uos
regenerati [Deum timete] timore filiali [re
gem honorificate] inq̄ꝫtum gerit personaz
dei. [Serui] Postq̄ꝫ beat⁹ petrus infotma/
uit omnes generaliter Hic cōsequenter in
format existentes in aliquibus statib⁹ spe/
cialiter. ⁊ primo in statu seruili. secundo in
statu cōiugali. iiij. ca°. tertio in statu pasto/
rali in pricipio quinti capituli. quarto ī sta
tu iuuenili. ibi Similiter adolescentes. Pri
ma in duas. qꝛ primo ponit suuz documen
tum. secūdo confirmat p exempluz. ibi In
hoc eniz. Circa primū dicit [Serui subditi
estote in omni timore dn̄is] Hic accipit᷑ om
ne p toto. totum aūt ⁊ pfectum idem sunt
s°. methaphysice. Est igit᷑ sensus [in omni
timore] .i. pfecto timore. Est autē timor p
fectus quando quis cauet non solam offen
sam dei sed etiam homis ppter deum. ideo
subdit᷑ [Non tantū bonis] .i. bene morige
ratis [⁊ modestis] id est operantibus secun
duz moderamē rationis [sed etiam discol᷑]
id est discordantib⁹ ab istis moribus ⁊ im
pandi modo [Hec est gratia dei] id est res

gratiosa coram deo. q̄ est supererogatōis
⌊Si ꝓpter conscientiaz dei⌋id ē ꝓpter con
sciam timorosam quaz aliquis habz de deo
q̄ non solum uult implere mandata sz eti
am consilia⌊sustinet quis tristicias⌋.i.illa/
tas a dominis penas⌊patiens iniuste⌋id ē
patienter sustinens quod infert̄ iniuste. qđ
declarat cōsequenter dicens⌊Que est enim
gratia⌋superogationis⌊si peccantes ⁊ col/
laphizati suffertis⌋quasi dicat nulla. sed est
magis iusticia⌊sed si benefacientes⌋id ē bñ
seruientes dominis uestris⌊patient̄ sustine
tis⌋ꝓpter deuz penas ab eis illatas uobis
⌊hec est gratia apud deum⌋vnde reddet su
perogationis premiū⌊In hoc enim⌋Hic cō
seqenter dictum suum cōfirmat p exēpluz
dicens⌊In hoc enim uocati estis⌋ut iniuriā
patienter toleretis⌊q̄ ⁊ christus passus est
ꝓ uobis⌋similia ⁊ maiora. ⁊ pz littera usq̄
ibi⌊Tradebat autez iudicanti se iniuste⌋.i.
pilato q̄ iudeoꝝ fauore ⁊ cesaris timore cō
demnauit eum iniuste Ioh. xviij. Tradidit
autem se pylato. q̄ tradidit se iudeis eum
querentibus ad mortem quib⁹ obuiauit di
cens Ego sum. Si ergo me queritis sinite
hos abire sciens q̄ tradituri erant euz py
lato. Hec autē traditio ex parte christi ꝓ/
cessit ex obedientia ad patrem ⁊ maxima
charitate ad nos. Ex pte uero iude ex ma
xima cupiditate. Ex parte uero iudeoꝝ ex
maxima malignitate ꝓpter quod in christo
fuit summe meritoria. in alijs autez damna
bilis ⁊ iniqua ⌊q̄ peccata nostra ipse ptu/
lit in corpore suo ⌊penam ꝑ ipsis debitaz su
stinēdo⌊sup lignum⌋sancte crucis⌊ut pecca
tis mortui⌋id ē ut amplius non peccem⁹ si/
cut mortui coporaliter cessant ab actu ope
randi⌊iusticie uiuamus⌋id est christo qui ē
nostra iusticia effectiue⌊cuius liuore⌋ quem
habuit in corpore ex collaphizationib⁹ ⁊ ꝑ
cussionibus⌊sanati estis⌋a peccatorum infir
mitatibus. quod declarat ulteri⁹ dicens⌊era
tis enim⌋ante cōuersionem⌊sicut oues errā
tes⌋ꝑ deuia uitioꝝ⌊sed conuersi estis nunc
ad pastorem⌋id est christum qui pascit uos
corpore ⁊ sanguine suo ī eucharistie sacra/
mento⌊⁊ epm⌋animaꝝ uestraꝝ saluti supin
tendendo. Episcopus enī grece superinten
dens dr̄ latine ab epi quod est supra ⁊ sco
pos quod est intentio. Cap̄. iij.

Imiliter ⁊ mulieres⌋Hic conse
quent̄ informat exn̄tes in statu
coniugali. ⁊ secundo reuertit̄ ad informan/
dum omnes in generali. ibi In fide autem
omnes vnanimes. Prima in duas. q̄ primo
informat sexum muliebrez. secundo uirilem
ibi Uiri similiter. Prima adhuc in duas. q̄
primo mulieres informat de debita subie/
ctione. secundo de honesta compositiōe. ibi
Quaꝝ sit. Circa primuz dicit⌊Similiter ⁊
mulieres subiecte sint⌋ In hoc continuat se
ad partē precedentē. in qua agitur de sub
iectione seruoꝝ ad dños suos⌊viris suis⌋in
quibus magis uiget ratio q̄z in mulierib⁹
ꝓpter quod ad eos ptinet regimē ⁊ admi
nistratio domus⌊ut ⁊ siq̄⌋scilz uiri⌊non cre
dunt uerbo⌋p̄dicationis⌊ꝑ mulieꝝ conuer/
sationē⌋id ē ꝑ uxorum suaruz conuersatio
nem sanctam⌊sine uerbo⌋p̄dicationis com/
munis⌊lucrifiant⌋id ē conuertant̄ ad fidem
secundū q̄ dicitur ꝓma corinh. vij. Sancti/
ficatus ē uir infidelis ꝑ mulierem fidelem.
⌊considerantes conuersationē sanctam ue/
stram⌋O uos mulieres⌊in timore⌋filiali ipi
us dei. ⁊ mutat̄ hic modus loquēdi de ter
tia ꝑsona ad secundā quod fit frequent̄ in
sacra scriptura⌊Quaꝝ⌋ Hic consequenter
agit de mulieꝝ compositiōe que debz esse
honesta ⁊ non curiosa. iō dicit̄⌊Quarum
non sit extrinsec⁹ capillatura⌋ id ē non sit
extrinsecus apparens uidētibus. q̄ hoc ē
ad ꝓuocationē incontinentie⌊aut circunda/
tio auri⌋id ē ornamenta aurea circa caput
suum sicut corone auree ⁊ huiusmodi. ⌊aut
indumēti uestimentoꝝ cultus⌋ iungatur sic
littera⌊aut cultus⌋id ē ornatus⌊indumenti
uestimentoꝝ⌋id ē indumenti nimis preciosi
aut curiosi. ꝓpter quod dicit̄ indumentum
uestimentoꝝ ꝑ excellentiaz sicut rosa dici/
tur flos floꝝ. ⌊sed qui absconditꝰ est homo
cordis⌋id ē mens ipsa que dr̄ homo interi
or. ij. corinth. iiij. Licz is q̄ deforis est homo
noster corrumpat̄. tamē is qui intus ē re
nouat̄ de die in diem. nam ē incorruptibi/
lis. ⁊ dr̄ homo interior in muliere sicut ī ui
ro. q̄ communis generis ē homo. vñ uer
sus Est cōmunis homo pariter cum uirgi
ne latro. ⌊in corruptibilitate quieti ⁊ mode
sti spūs⌋Dicitur aūt spiritus human⁹ quie
tus quando non ꝑturbat̄ a passionibus cō
cupiscibilis ⁊ irascibilis. ⁊ dr̄ modestus qñ
in actibus humanis tenet modum debituz
secunduz moderamen recte rationis. primū
fit ꝑ uirtutes morales que sunt circa passi

ones. Secunduꝫ aũt ꝑ uirtutes circa opera
tiões sicut iusticia ⁊ liberalitas ⁊ huiusmo
di. Et quia iste sunt uere diuitie sicut dicit
Greg. homel. viij. Uere diuitie sunt q̄ nos
diuites uirtutib⁹ faciunt. ideo subdit [q. est
in cõspectu dei locuples. Sic eniꝫ] Hic cõse
quent inducit exẽplum ad suum ꝓpositum
de ornatu ⁊ subiectione mulieꝝ dicens [Sic
eni aliquando] .i. tempore p̄terito [⁊ sancte
mulieres spantes in deo] ⁊ nõ in labili mũ
do [ornabant se] ornatu uirtutum ĩteriori et
paꝝ curabãt de exteriori [subiecti ꝓprijs ui
ris] eis obediendo in licitis ⁊ honestis. [sic
sara obediebat abrahe] vnde geñ. xviij. Ad
eius dictum celeriter cõmiscuit similas faci
ens inde panes [dñm eum uocans] vnde ibi
dem dr̄ Postq̄ꝫ cõsenui ⁊ dñs meus uetul⁹
est uoluptati operaꝫ dabo [cuius estis filie
benefacientes] q2 sic eaꝫ imitami tanq̄ꝫ ma
trem [⁊ non pertimentes ullam ꝑturbatio
nem] .q. diceret sic eam imitando nõ habe
tis timere qꝫ per uos erga uiꝝ uel familiaꝫ
ueniat aliqua turbatio [Uiri similiter] Hic
ꝯsequenter instruit uiros dicens [Uiri simi
liter cohabitantes secundũ scientiaꝫ] aliqui
exponũt hanc cohabitationẽ de redditiõe
debiti que debꝫ fieri secundũ conscientiam
ut uir non moueat ad hoc libidine sed ꝓlis
amore ad dei cultum educande. Põt etiam
exponi ut magis cõsonet precedentib⁹ ⁊ se
quẽtibus ut uidebit de cohatatione dome
stica in qua mulier debꝫ esse subiecta ut di
ctum ẽ. Et eodem mõ uir qui p̄est debet p̄
esse secunduꝫ sciam ita qꝫ non tractet uxo
rem sicut ancillam sed sicut sociaꝫ. Unde ⁊
mulier facta est de latere uiri. geñ. 2°. ideo
subdit [quasi infirmiori vasculo muliebri]
nam mulieres infirmiores sunt uiris corpo
re de cõi cursu ⁊ etiam mente. q2 minus ui
gent intellectu ⁊ rõne [impediẽtes honorẽ]
eis ꝓuidendo de uictu ⁊ uestitu sufficienti. ⁊
honeste secundũ statum ⁊ ꝓprias facultates
[tanq̄ꝫ coheredib⁹ gratie uite] id ẽ uite bea
te ad quam ꝑ grãm peruenit. Exquo eni
uir ⁊ uxor sunt coheredes uite future de/
bent ĩ p̄nti socialiter ⁊ amicabiliter cõuiue
re. ideo subdit [ut non impediant oratiões
uestre] Nam cum uir ⁊ uxor non sunt be
ne ꝯcordes minus possunt orationi uacare
⁊ eoꝝ orõnes sunt minus exaudibiles [In fi
de] Apostolus hic reuertit ad informanduꝫ
omnes cõiter. ordinando primo eos ad ꝓxi
muꝫ. secundo ad deum. ibi Dñm autẽ chri
stum. tertio ad seip̄m. ca. 4°. Prima in duas
q2 primo ordinauit eos in collatione boni.
secundo in ꝑpessione mali. ibi Non reddẽ
tes. Circa primum dr̄ [In fide auteꝫ unani
mes] Fides aũt accipit uno modo ut ẽ uir
tus theologica. ⁊ sic ĩducit eos ad unitateꝫ
ecclesie ut non sint inter eos scismata. Alio
modo ut est uirt⁹ moralis. ⁊ sic fides ideꝫ ẽ
quod fidelitas. ⁊ hoc modo inducit eos ad
unitatem fidelitatis mutue. quod subdit in
aliquib⁹ libris In orõne estote. nõ est ex te
xtu nec ẽ in libris correctis. [cõpatientes]
ad inuicem sicut membra uni⁹ corporis my
stici ipsius christi. per hoc eniꝫ alleuiat ille
qui patit cum ꝑcipit alios sibi cõpatientes
sicut sustinẽs graue pond⁹ corporale qñ alij
cum eo oneri se supponũt ut dicit phũs 2°.
rethorice. [fraternitatis amatores] id ẽ cõi
tatis fideliuꝫ. q2 lꝫ quilibꝫ ꝑ se sit diligen
dus tñ magis ẽ cõmunitas diligenda [mise
ricordes] elemosynas indigentib⁹ tribuẽdo
[modesti] in omnibus modum debitũ tenẽ
do. [humiles] ut nõ de p̄dictis bonis ꝑ sup
biam eleuemi sed totuꝫ attribuatis gratie
dei. [Non reddentes] Hic cõsequenter or
dinat fideles in perpessiõe mali in quo q̄s
põt dupliciter deordinari. Uno modo ꝑ au
daciam uicem rependendo. Alio mõ ꝑ timo
rem ĩ pusilanimitatem decidendo. igit pri/
mo remouet primũ. secũdo secũdum. ibi Et
quis est. Prima in duas. q2 p̄mo monet ui
cem non rependere. secũdo inducit ad hoc
auctoritatem scripture. ibi Qui eni. Circa
p̄mum dicit [Non reddentes malum ꝓ ma
lo] in factis ĩiuriosis [nec maledictum ꝓ ma
ledicto] ĩ uerbis cõtentiosis [sed econuerso
benedicentes] Huius rõnem assignat dicẽs
[q2 ĩ hoc uocati estis ad fidem catholicam
[ut bñdictionẽ dei hereditate possideatis]
que non dat maledictis. ꝓpter quod dic sal
uator Luc. vj. Bñdicite maledicentibus uo
bis [Qui eni uult] Hic cõsequenter ĩducit
ad ꝓpositum auctoritatem scripture p̄s. xx
xiij. d. [Qui eni uult uitam diligere] .s. be
ataꝫ ĩ qua null⁹ moritur [⁊ uidere dies bo/
nos] ĩ beatitudĩe celesti ubi dies noctibus
non ĩterponunt. faciat supple quod sequi/
tur [cohorceat liguam suaꝫ a malo] ut non
reddat maledictum ꝓ maledicto ĩ aperto [⁊
labia eius ne loquant dolum] .s. maledicen/
tem sibi machinando malum ĩ occulto [De

56

clinet aūt a malo] i ope[⁊ faciat bonū]hec
sunt.n.due ptes iusticie[ingrat pacē]cū ꝓ/
ximo etiā iniurioso.ro.xij. ꝙ ex uobis est
pacē cum oībus hoībus hn̄tes.[⁊ ꝑsequat̄
eam].i. pfecte sequat̄.⁊ subdit̄ rō cum dī
[q2 oculi dn̄i sup iustos]sicut sup spūalit̄ di
lectos. Ocul⁹ enī dirigit̄ ad id qd̄ spāliter
amat̄[⁊ aures ei⁹ ad p̄ces eoꝝ]tanq̄ pate
ad exaudiendū.[vult⁹aūt dn̄i].s.ira īdigna
tionis.vn̄ in hebreo sic habet̄ Ire dn̄i[sup
facientes mal]aad eos puniendū.vn̄ in ps̄.
subdit̄ Ut perdat de terra.s.uiuentiū me/
moriā eoꝝ[Et quis ē]Hic ꝯn̄ter remouet
timorez īordinatū ꝑ quem hō cadit ī pusil
lanimitatē ⁊ frangit̄ ꝑ inconstantiā dicens
[Et quis est qui uobis noceat]uos ꝑseq̄ē
do[si boni emulatores fueritis].q.d.nullus
Est hic boni genitiui casus ⁊ neutri gene
ris.Amatorib⁹enī boni ⁊ imitatoribus qd̄
importat̄ ꝑ emulari.vn̄ uersus Emulor in
flat̄ amat īuidet ac imitat̄. Persecutiones
nō sunt ad detrimentū sed magis ad uirtu
tis augmentū.iō subditur[sz ⁊ siq̄d patimi
ꝓpter iusticiā beati]supple estis ī spe.⁊ po
stea eritis in re si ꝑseueretis.ideo cōcludit
[Timorem autē eoꝝ ne timueritis]timore
deijciente a bono uirtutis[ut nō ꝯturbemi
ni]īpatient̄ aduersa sustinendo[Dn̄m aūt]
Hic cōsequent̄ ordinat fideles ad deū. ⁊ se
cundo īducit exēplum.ibi Quia ⁊ christ⁹.
Ad deum aūt bn̄ ordinatur homo ꝑ fidem
charitate formatā.⁊ hoc in tribus.Primū
ē ꝙ hec fides ī ei⁹corde firmet̄.⁊ q̄ntū ad
hoc dicit[Dn̄m aūt christū sanctificate].i.
firmate. Sanctum enī in vna significatiōe
idem ē qd̄ firmū[in cordib⁹uestris]sibi fir
miter adherendo q2 firmus ē in seipso.Se
cundū est ut hec fides ad alios deriuet̄.et
q̄ntum ad hoc subdit[pati semp ad satisfa
ctionez]que fit dupliciter.Uno mō.fideli sim
plici q petit a magis pfecto ī fide plenī⁹e/
rudiri Alio mō infideli fidez irrōnabilez re
pūtanti.Prima satisfactio est ꝑ doctrinā
charitatiuā.secūda uero ꝑ fidei rōnabilem
defensionē on̄dendo ꝙ cōtinet oēm sancti/
tatē. Et q2 ꝑ miracula a deo cōfirmata ē
qui nō pōt esse testis falsitatis ⁊ huiusmōi
[secundū gr̄az a deo datam]ipi defendenti
Un̄ ⁊ ille ꝓmittit Luc.xxj.Ego dabo uo/
bis os ⁊ sapiaz cui nō poterunt resistere ⁊
ꝯdicere oēs aduersarij uestri. Uerūtamen
ista defensio dz carere ꝑsumptione ⁊ iactā

tia ideo subdit̄[sed cū modestia].i.mō de/
bito ⁊ honesto[⁊ timore dei cōsciam hn̄tes
bonā]ita ꝙ sit bona dispō inter⁹ ⁊ exteri
us[ut in eo ꝙ detrahunt de uobis] reputā
tes eos fatue ⁊ male credere[confundant̄]
ī seipsis ex bona uestra rn̄sione ⁊ sācta cō
uersatiōe. Tertiū est ꝙ ꝓpter quecūq3 ad
uersa hō a fide nō euellat̄.⁊ q̄ntum ad hoc
subdit̄[Melius est enī]⁊ iungat̄ sic littera
[Bn̄facientes]fide ꝑ dilectionē opante [pa
ti]aduersa quecūq3[si uelit uolūtas dei]ꝓ fi
deliū ꝓbatiōe[quā malefaciētes].i.īdebite
resistentes[Quia ⁊ christ⁹]Hic ad ꝓpositū
inducit exēplum de christo ī quo nō potu
it poni exēplum q̄ntum ad primā fidei cōdi
tionē.s.eius cōfirmationē in corde credētis
nam ī eo non fuit fides sed clara uisio ab ī
stanti conceptiōis. sz q̄ntum ad alias duas
scilz q̄ntum ad fidei deriuationē in alijs. et
sufferentiā aduersoꝝ ꝓpter eius ueritatem.
Ponit exēplum de christo.⁊ ꝑmo q̄ntū ad
ultimā ut cōtinuet se lr̄e īmediate p̄cedenti
dicēs[Naz ⁊ christ⁹ semel ꝓ peccatis].s.ali
enis[mortu⁹est].q.d.dedit nobis exēplum
ī hoc.et dic semel q2 surrexit ad vitā īmor
talē.⁊ q2 una mors ei⁹sufficit ad oīa pecca
ta delenda.[iustus ꝓ iniustis]ut ipsos iustifi
caret.iō subdit̄[ut nos offerret deo morti
ficatos quid̄ carne].i.īsensibiles factos ad
desideria carnis[uiuificatos aūt spū].i.sen/
sibiles ⁊ mobiles factos ad sequendū insti/
ctum spūssancti.[In quo] Hic ꝯn̄ter ponit
exēplum de alia cōditiōe.s.deriuatiōe.⁊ p̄
mo ponit exēplum.secūdo infert correlariū
ibi Qd̄ ⁊ uos. Circa primū sciendū ꝙ p̄
dicatio noe uocando ad penitentiā peccato
res sui temporis ne pirent in diluuio fuit
figura p̄dicatiōis christi per se ⁊ discipulos
usq3 ad finē mundi uocando peccatores ad
pn̄iam ne pereant in iudicio finali.ꝓpt̄ qd̄
de hoc ponit exēplum ꝑ locū a mīori faci
ens argumentū.q2 si illos uocauit ad peni
tentiā multo forti⁹uocauit ⁊ uocabit alios.
⁊ hoc ē quod dī[In quo].i.ad figurandū
peccatoꝝ mortificationē in carne ⁊ uiuifica
tionē in spū mō dicto[⁊ his q in carcere e
rant]ligati cōsuetudine peccandi secundū il
lud ꝓuer.v°. Iniquitates sue capiūt impium
⁊ finib⁹peccatoꝝ suoꝝ constriget̄.qd̄ erat
tempore noe secundū ꝙ dī gen.vj. Omnis
caro corrupat uiaz suā.[spū ueniens p̄dica
uit]scilz ꝑ noe cui īspirauit facere archaz ⁊

p̄dicare pn̄iam. Licz enī adhuc nō fuit hūa
nitas christi tn̄ suppositū est eternū. hebre.
xiij Jesus christ⁹ heri ⁊ hodie ipse ⁊ ī secu
la [q increduli fuerant aliqn̄] ipsi deo loq̄n
ti p noe q2 non credebāt q̄ diluuiū debe/
ret īundare [qn̄ expectabāt dei patientiaz]
peccatores ad pn̄iam. cxx. annis secundū q̄
dr̄ geñ. vj. Erantq3 dies illius. cxx. annoꝝ
[cum fabricaret archa] p noe ⁊ filios ei⁹ [in
qua pauci id ē octo anie]. s. noe ⁊ tres filij
eius ⁊ uxores eoꝝ. geñ. vij. [salue sunt fa/
cte p aquā] inq̄ztuz eleuauit archā in subli/
me a terra. geñ. vij. Jsto mō exponit glosa
⁊ doctores cōiter passum istū. Sz q2 hec ex
positio accipit mystice carcerē p consuetu/
dine peccandi iō aliter pōt dici absq3 p̄iu/
dicio tn̄ q̄ hic accipit carcer p limbo īferni
ī quo detinebant p2es antiq sic exponēdo
[Jn quo] scilz ut plures offerret deo patri
[⁊ his q ī carcere erant]. i. ī limbo [spū ue
niens] q2 ī aīa descendit ad detentos ī lim
bo corpore iacēte in sepulchro [p̄dicauit] q2
tunc eis mysteriū sue incarnatōis ⁊ redem
ptiōis īpletum esse declarauit. iter quos e/
rant aliq q perierāt in diluuio corporalit.
Et pōt dici pbabilit q̄ uidentes diluuiū in
crescere secundū q̄ p̄dixerat noe crederēt
multi q prius erant īcreduli ⁊ penituerunt
de peccatis suis. ⁊ sic descenderūt ad limbū
cum p2ibus alijs. Si aūt ꝯ hoc dicat q̄ di/
luuiū uenit sic subito q̄ nō potuerūt penite
re secundū q̄ uidet saluator dicere Luce. x
viij. Edebant ⁊ bibebāt ⁊c̄. ⁊ uenit diluuiū
⁊ perdidit oēs. Dicendū q̄ lz subito uene
rit in uallibus ⁊ plana terra. non tn̄ sic in
mōtib⁹. q2 aque in augmēto suo posuerūt
xl. dies ⁊. xl. noctes. ⁊ sic hītantes in locis
arduis uidētes aq̄s iucrescere sicut dixerat
noe potuerūt penitēr ⁊ forte de alijs. sic igi
tur de istis dr̄ [q īcreduli fuerāt aliqn̄] scilz
añ inundationē diluuij. sz tūc crediderūt ut
dictum ē. cetera exponant sicut pri⁹ [Quod
⁊ uos] hic ex p̄dictis infert correlariū. di/
xerat enī paucos p aquā fuisse saluatos in
diluuio inq̄ztum archa eleuauit eos a terra
iō dicit q̄ simili mō aqua baptismal' saluat
spūaliter. q2 p grām ibi dataz eleuat men
tes a terrenis desiderijs ad petendum cele
stia. ⁊ hoc ē quod dicit [⁊ uos nūc saluos fa
cit] spūaliter. Jungat sic lr̄a [baptisma simi
lis forme]. i. mō simili. tum q2 pauci saluan
tur p baptismū respectu nō saluatoꝝ. tum
q2 eleuat a terrenis ad supiora mō dicto. si
cut aqua diluuij saluauit noe ⁊ alios q cuz
eo erant corporaliter eos eleuādo ad supe
riora [non carnis depō sordium]. q. d. uirt⁹
baptismi nō est solum ī lotione corpis sed
principalit in lotione mentis iō subdit [sz
ꝯsciē bone interrogatio] nam a baptizādo
querit Credis in deum? ⁊ rn̄det Credo p
se si est adult⁹. uel p patrinos si est pueru
lus. Fides aūt charitate formata facit con/
sciam bonam ī deum tendentē. ⁊ ideo diū/
git cuz eo quod predicit [consciē bone] sup
ple tendetis ī deum [p resurrectionē domī
nostri Jesu christi] p quem habem⁹ introi/
tuz ad celestia secundū q̄ dr̄ in collecta pa
sche De⁹ q hodierna die p vnigenitū tuuz
eternitatis nobis aditum deuicta morte re
serasti ⁊c̄. [q est in dextera dei] p suā ascē
sionem. Mar. ultimo. Assumpt⁹ est in celuz
⁊ sedet a dextris dei [deglutiens mortez]
q2 resurrexit ad uitam īmortalem. ⁊ q2 ab
stulit a nobis mortem culpe [subiectis] sibi
angelis potestatib⁹ ⁊ uirtutibus. hic ange
loꝝ tres ordines exprimunt. vn⁹ de inferi
ori hierarchia cū dr̄ Angelis. ⁊ duo de me
dia cum dr̄ ⁊ potestatib⁹ ⁊ uirtutibus ⁊ per
hos omnes alij ītelligunt q bus homo chri
stus preficit.

Cap. iiij.

Risto igit] hic beat⁹ petr⁹ or
dinat fideles respectu sui. ⁊ se/
cundo reuertit ad ordinandum
eos respectu proximi ibi Ante
omnia. Talis enim reuersio maxime fit in
moralibus pp̄ter connexionem uirtutū. Vñ
⁊ philozoph⁹ primo ethicoꝝ tractat de fe/
licitate ⁊ itruz redit ad tractandū de ea in
fine libri. Respectu uero sui bene se habet
homo qnando caro subdit spūi. hoc autem
fit per maceratiōem ⁊ concupiscentiaꝝ re/
pressionem ⁊ per diuine punitiouis appro/
pinquationē que ponitur ibi Omnium fi/
nis. Circa primū dicit [Christo igitur pas
so in carne ⁊ uos eadem cogitatione arma
mini] quia talis cogitatio inducit ad mace/
rationem carnis ⁊ repressionem concupiscē
tie carnalis. ideo subditur [quia qui passus
est in carne] id est redegit carnem suam in
obedientia anime [desijt a peccatis] carna/
libus [ut iam non hominum desiderijs] id
est uoluptatibus carnis quas communiter

57

desiderant homīes.⌊sed uoluntati dei ⁊c̄.⌋
iungat̄ sic littera ⌊Sed uolūtati dei uiuat⌋
ei obediendo⌊qd' reliquum ē tempis ī car
ne⌋id ē residuuz p̄sentis uite.⌊Sufficit enī
p̄teritum temp⁹ ⁊c̄.⌋.i.dꝫ penitenti suffice
re ꝙ p̄terito tempoꝛe uixit carnalit̄.quam
uitaꝫ gentes uolunt cōiter ⁊ appetunt. ⁊ ꝑ
hoc quod dicit sufficit. ītelligenda non est
appꝛobatio uite p̄terite sed magis repꝛoba
tio.Pōt etiam aliter exponi ut hec littera
⌊Sufficit eniꝫ p̄teritum temp⁹⌋iūgatur cuꝫ
eo quod subdit̄⌊ad uolūtatem gentiuꝫ con
sūmandam⌋quoniā aliq̄ se laxant ad pecca
ta carnalia ꝑ alioꝝ monita⌊q̄ ambulauerūt
in luxurijs⌋q̄ꝫtum ad actuꝫ exterioꝛē⌊ī de
siderijs⌋q̄ꝫtum ad offectū interioꝛem.Cōse
quent̄ tangit uitiuꝫ gule quod est īcitamē
tum luxurie.d.⌊vinolentijs⌋ ꝑ excessum in
uino⌊cōmessatiōibus⌋in cibo⌊potatiōibus⌋
in ebꝛietiuis quibuscūqꝫ. quaꝝ aliq̄ sunt a
uini potatiōe⌊⁊ illicitis idoloꝝ cultib⁹⌋qui
cultus frequēter oꝛiunt̄ ex p̄dictis.exo.xx
ij.Sedit populus mādūcare ⁊ bibere ⁊ sur
rexerūt ludere.i.idolatrare.⌊in quo admi/
ant̄⌋infideles ⁊ luxuriosi⌊non cōcurrenti/
bus uobis ⁊c̄.⌋id ē qꝛ non cōcomitamī am
plius eos ī pꝛedictis uicijs.⌊blasphemātes⌋
chꝛistum ī queꝫ creditis⌊q̄ reddent rōneꝫ⌋
iudicio finali⌊ꝑpter hoc enī ⁊ moꝛtuis⌋id ē
infidelibus secundū illud Math.Dimittite
moꝛtuos sepelire moꝛtuos suos⌊euangeliza
tum ē ut iudicent̄⌋.i. ut credentes cōdem
nent̄⌊secundū homīes in carne⌋id ē ab ho
mibus carnaliter uiuentib⁹⌊viuant aūt se/
cuduꝫ deum⌋ex cōuersione enī ad fideꝫ ista
duo consequūtur sed pꝛimū occasionalit̄. se
cundū autem intentōe euangelizantiuꝫ fidē
⌊Omniuꝫ aūt⌋Hic ponit̄ secundū repꝛessi
uum carnaliū uicioꝝ cum dꝛ⌊Omniū auteꝫ
finis appꝛopinquabit⌋qꝛ de die iudicij nēo
scit.ꝑpter quod ē cogitanda tanq̄ꝫ sempeꝛ
ꝑpinqua.⁊ talis cogitatio repꝛimit carna/
lia uicia.ideo subdit̄ ⌊Estote ergo pꝛuden
tes⌋.i.uobis pꝛudentes ut appareatis mū/
di⌊⁊ uigilate in oꝛōnibus⌋ut deus uos di/
rigat sine cuius directōe non potestis viue
re munde⌊Ante omnia⌋Hic cōsequent̄ re/
uertit̄ ad oꝛdinanduꝫ fideles respectu ꝑxi/
mi.⁊ ꝑmo in cōicatione bonoꝝ.secūdo in ꝑ
pessione maloꝝ ibi Karissimi.Circa pꝛimū
dicit⌊Ante omnia ⁊c̄.⌋qꝛ charitas excellen
tioꝛ est ceteris.ꝑma coꝛīth.xiij.Maioꝛ aūt
hoꝝ charitas ē.iō subdit̄⌊qꝛ charitas opit
multitudinē peccatoꝝ⌋ne uideant̄ tanq̄ꝫ di
uino iudicio punienda.sꝫ qꝛ charitas debet
oñdi opere alias nō esset uera secunduꝫ ꝙ
dicit Grego. homel.xx. Amoꝛ dei nunq̄ꝫ
est ociosus.operat̄ enim magna si ē.si aūt
operari renuit amoꝛ non est.ideo subditur
⌊hospitales īuicem sine murmuratiōe⌋id ē
sine expensis hospitum⌊vnusquisqꝫ sicut ac
cepit grām⌋a dño liberaliter⌊in alterutruꝫ
illam admīstrantes⌋alijs cōicando gratis ⁊
benigne⌊sicut boni dispensatoꝛes⌋ dño vꝛo
ꝯfoꝛmes.qꝛ dat gratis ⁊ libent̄⌊multifoꝛ/
mis grē dei⌋videt̄ enim hic beatus petrus
loq̄ de grā gratis data que dat̄ ad utilita
tem ecclesie dei. ⁊ hec est multifoꝛmis sicut
dicit apostolus ꝑma coꝛinth.xij. Alij quidē
per spūm datur sermo sapientie.alij sermo
scie ⁊c̄.Et in fine concludit. Hec auteꝫ om
nia operat̄ vnus atqꝫ idem spūs diuidens
singulis ꝑut uult.sed qꝛ in usu talis gratie
requiritur intentio recta ideo subditur⌊Si
quis loquit̄⌋exhoꝛtatōnis uerba⌊quasi ser
mones dei⌋id ē totum bonū attribuat deo
⁊ non sibi⌊siquis mīstrat⌋ egentibus tēpo
ralia bona⌊tanq̄ꝫ ex uirtute⌋quam admini
strat deus id est attribuat hoc deo qui de
dit sibi uolūtatem ⁊ facultatem hoc facien/
di.ideo subdit̄⌊ut ī omnibus honoꝛificetur
deus⌋ꝑma coꝛinth.x°.Omnia in gloꝛiā dei
facite⌊per iesuꝫ chꝛistum⌋qui est mediatoꝛ
dei ⁊ hominū.⌊Carissimi⌋Hic oꝛdinat fide
les in perpessione mali pene ab aduersari
is fidei.Unā hic.īuitat eos ad gloꝛiam mar
tyrij.Circa quod pꝛimo inducit ad cōfiden
tiam.secundo tollit erubescentiaꝫ. ibi Sed
expꝛobꝛamī.Circa ꝑmum dicit ⌊Carissimi
nolite peregrinari⌋id est a fide alienari⌊in
feruoꝛe⌋persecutōnis.sic exponit̄ communi
ter.Potest etiam alit̄ exponi magis littera
liter sic⌊Nolite peregrinari⌋id est coꝛpoꝛe
elongari timoꝛe moꝛtis īminentis⌊ī feruo
re⌋ꝑsecutionis.Lꝫ enim licitum sit fugere
tamen perfectius est remanere nisi ī casu
Unde quando persecutio est personalis et
quando ex fuga apparet magis bonum ec
clesie.ꝑpter quod fit elongatio ad tempus
⁊ non timoꝛe moꝛtis. sicut paulus fugit de
Damasco ⁊ de hierusalem. actuuꝫ.ix°.⌊qui
ad tētationem uobis fit⌋ id est qui fit ad
pꝛobatitionem fidei uestre.⌊Quasi noui
aliquid uobis contingat⌋ id est nolite

peregrinari dictis modis quasi persecutio ad mortem sit aliqd nouum. qz multi ante uos sustinuerunt martyrium[sed commum cantes christi passionib⁹] p tolerantiā martyrij[gaudete]spū[vt ꝛ in reuelatione ei⁹] id est in aperta uisione ipsius ad quaz per martyriuz peruenit[gaudeatis exultātes] eternalit cuz angelis[Si exprobrami]Hic consequenter tollit erubescentiam. ꝛ primo in uerbis dicens[si exprobrami]per uerba ignominiosa uobis illata[in nomie christi] id ē ꝓpter confusionem nomis eius[Beati eritis]primo in spe ꝛ postea in re[quoniam quod est honoris glorie ꝛ uirtutis dei] ita ꝙ honor refert ad opus uirtuosum. gloria ad conscientie bonum testimoniuz. virt⁹ uero ad triumphuz de diabolo habitum[ꝛ q est eius spūs]id est spūssanctus qui dr filij sicut patris. nam ab utroqz ꝓcedit[sup uos requiescit]i uobis spūaliter habitando. vel aliter[sup uos requiscit]sicut sessor super equum ducens eum secunduz suum libitum. sic spūssanctus inducit tales secundū suum instinctum. ro. viij. Qui spū dei agunt hi filij dei sunt. ꝛ p consequens quod est honoris ꝛ glorie meritorium ꝛ uirtutis operantium habitat in eis.[Nemo autem] Hic secundo tollit erubescentiam in factis dicēs[Nemo enim uestꝝ patiatur sicut homicida]Illi enim q patiunt p suis crimib⁹ rationabilit erubescunt.[Si autem ut christianus]id est ꝑ fide christi patiat ꝛ non pro crimie[non erubescat]qz hoc est opus uirtuosuz quod non est erubescibile sed magis honorabile. ideo subdit[Glorificent autē deum in isto nomine]id ē ꝙ non soluz uocabit christian⁹ sed etiam fidelis christi testis per martyrium. Martyr eni grece testis uidet latine[quoniam temp⁹ est ut incipiat iudicium]id ē condemnatio ad mortez[a domo dei].i. a fidelibus christi. In primitiua eniz ecclesia multi transibūt p martyrium sicut ṗdixerat saluator Jo. xvj. Uenit hora vt omnis q interficit uos arbitretur obsequium se ṗstare deo[Si autem primuz a uobis]incipit talis cōdemnatio[quis finis eoꝝ qui non credunt?] quasi dicat īcompabiliter durior. s. condēnatio ad mortem etnam.[Et si iustus uix saluabit]qz p multas tribulationes oportet eum ingredi regnuz celoꝝ. act. xiiij.[impius ꝛ peccator ubi parebunt].q.d. nusq̄z. nam in inferni ꝓfundo absconditi erunt. ꝛ sic concludit ꝓpositū de iustis patientib⁹ dicens[Itaqz ꝛ hi q patiunt]martyrium[secundū uoluntatez dei] qui sic fieri ordinauit[fideli creatori cōmendent animas suas in beneficijs]ꝛ sic secure eos conseruat ꝛ cū angelis glorie coronat.

Capitulū. v.

Eniores] Postq̄z beatus petr⁹ informauit fideles generaliter ꝛ seruos ꝛ cōiugatos specialit ꝛ postea interposuit informationes aliquas in cōmuni Hic informat specialiter exn̄tes ī statu pastorali dicens[Seniores ergo]Dicunt autem seniores episcopi ṗsbyteri ꝛ doctores. vnde ṗmo de aīma ubi translatio noua habz Si senex haberz oculum iuuenis uideret utiqz ut iuuenis. antiqua uero habet. Si ṗsbyter haberet oculum iuuenis ꝛc. Debent esse ministri ecclesie maturi moribus ꝛ etate.[Obsecro]humiliter ꝛ charitatiue[consenior]id ē consimilis eis in etate ꝛ officio.[ꝛ testis christi passionum]quas ego uidi. vel aliter[testis christi passionuz]qz ꝑ eo fui parat⁹ ad martyrium in carcere herodis. act. xij.[ꝛ eius q̄ in futuro reuelanda est glorie cōmunicator].i. ad horam particeps factus uisiōis glorie christi ī transfiguratiōe ubi se tunc ostendit Petro Johāni ꝛ Jacobo ī forma humanitatis gloriosa ī qua apparebit manifeste ī iudicio. Uel aliter[cōicator].i. ṗdicator[glorie]christi[que reuelanda est ī futuro]Modo ṗdicto consequent ponit formaz sue cōsecrationis dicens[pascite q in uobis est gregem dei] id ē populum commissum uestro regimī.[ꝓuidentes]populo de uerbo dei ꝛ eucharistie sacramento[non coacte sed spontanee]id ē non amaro aīmo sz libero[neqz turpis lucri gratia]id ē ꝓpter questum temporalem[sed uolūtarie]ꝓpter honorem diuinum[neqz ut domiantes ī clero]id est non eleuati per superbiaz ratione prelationis[sed forma facti gregis]ly facti ē nomiatiui casus ꝛ pluralis numeri. id ē tenentes debitam humilitatem ad subditorum informationem[ꝛ ex animo]ita ut humilitas sit uera ꝛ non ficta.[ꝛ cum apparuerit princeps pastorum]scilicet christus ī iudicio[percipietis immarcessibilem] id est indefectibilem[coronam glorie] in anima simul ꝛ corpore.[Similiter ꝛc.] Hic ultimo informat existentes in statu iuuenili.

58

ꝛ primo de humilitate que debꝫ esse in iu
uenib⁹ dicens [Adolescentes subditi estote]
seniorib⁹ reuerentiā ꝛ obedientiā debitam
exhibendo [Omnes enim inuicem humili/
tem insinuate] .i. uerbis ꝛ operibus demon
strate ut excitetis uos mutuo ad opera hu
militatis [q2 domin⁹ supbis resistit] vt ptꝫ
in eiectione angeloꝝ superbientiū ꝛ in ele/
uatione hominū humiliuꝫ ad loca angeloꝝ
ꝓpter quod concludit [humilitateꝫ ꝛc̄. om/
nem solicitudinē uestram ꝓijcientes in eū]
non q̄ omittant facere quod in se est. naꝫ
hoc esset tētare deum. sed q̄ ipsi teneant᷑
assequi omne bonuꝫ per uirtutem dei. [So
brij estote] Hic secundo informat eos de ui
gilantia ꝛ sobrietate que sunt multum ne/
cessarie dicens [Sobrij estote] in uictu ꝛ ue
stitu [ꝛ uigilate] id est diligent᷑ a peccatis p̄
cauete [q2 aduersarius vester diabolus tan
q̄ꝫ leo rugiens] p seuiciam [circuit] p malici
am [querens quem deuoret] incorporando si
bi p mortalem culpam [Cui resistite fortes
in fide] formata charitate que est armatu/
ra sufficiens ad sibi resistendum. [Scientes
eandem passionem] id est demonis insultuꝫ
ꝛ tētationeꝫ [eius que in mundo est uestre
fraternitati fieri] id est fratrib⁹ uestris per
mundum dispersis. quasi dicat Resistite dia
bolo sicut ꝛ ipsi. Et q2 talis resistentia idi
get diuina assistentia ideo subdit [Deus au
tem omnis gratie] scilicꝫ dator [qui uocauit
uos] p fidem [in eternam gloriam suam] fi/
naliter [in christo Jesu cōsequendam] id est
p christo iesu [modicum passos] omnis enī
pena temporalis est modica respectu eter/
ne uite ꝛ etiam respectu mercedis expecta
te [Ipse perficiet] id est ad quod uestra uir/
tus nō sufficit. [ꝛ confirmabit] uestram fra
gilitatem [solidabitq̄ꝫ] gratiam uobis datā
[Ipsi gloria ꝛc̄. per siluanum] Hec est ulti
ma pars siue conclusio huius epistole in q̄
primo ostendit per quem scribit ut recipiē
tes eam sint magis certi q̄ emanauerit a
petro ꝛ non ab aliquo pseudo apostolo di
cens [per siluanum fidelem fratrē ut uobis
arbitror breuiter scripsi] ut melius possitis
retinere ꝛ opere adimplere [Obsecrans] .i.
obsecrando monens ꝛ non imperans de p̄
dictoꝝ adimpletione [ꝛ contestans hanc eē
ueram gratiam dei] scilꝫ fides catholica [in
qua statis firmiter radicati. 2° eos salutat
ex parte fidelium q̄ cum eo erant rome. vn̄
scripsit hanc epistolaꝫ dicens [Salutat uos
ꝛc̄.] .i. cōgregatio fideliuꝫ [que est in baby
lone] id ē in Roma quam figuralit᷑ baby/
loneꝫ uocauit secundū q̄ dicit Hieronym⁹
in libro illustrium uiroꝝ. q2 sicut Babylon
fuit ciuitas maxima ꝛ idolatrie dedita sic̄
cut pꝫ in danieli. sic Roma fuit postea suo
ope. vnde dicit leo papa in sermone de san
ctis apostolis petro ꝛ paulo de ciuitate ro/
mana q̄ magnaꝫ credebant fecisse religio/
nem si nullius respueret falsitatē id est ido
latriam [collecta] scilꝫ ad fidem christi sicut
ꝛ alie ecclesie [ꝛ Marcus filius meus] scilicꝫ
spūalis ī baptismo ꝛ doctrina [salutatore in
uicem] id ē in signum mutue charitatis [in
osculo sancto nō adulatorio. sicut absolon
osculabat᷑ populum. 2° regum. xv. Non si/
mulatorio sicut Joab amasam. ij. regū. xxvj
Non ꝓditorio sicut iudas dn̄m. Math xx/
vj. Non impudico sicut mulier adultera iu
uenem. ꝓuer. vij. [sed osculo sancto] quod ē
charitatis signum ꝛ eius fomentum. [Gra
tia] scilꝫ dei [uobis omnibus] supple sit [qui
estis in christo Jesu] incorporati sibi p fidē.

Epistola secunda Petri.

Jmon petrus] Hic incipit se
cunda Petri epistola: quam
scripsit eisdeꝫ q̄bus ꝛ primā
Et diuidit᷑ in duas ptes. s.
in salutationē ꝛ ꝓsecutionē.
secūda ibi Uos aūt. In prima pte ṗmo de/
scribit᷑ ꝑsona salutans ex noīe ṗmo cuꝫ dī
[simō] quod nomē habuit anteq̄ꝫ uocaret᷑
a christo. Et ab adiūcto cum dī [Petrus]
hoc nomē sibi imposuit christ⁹ a firmitate
fidei ꝛ ad discretionē alterius simonis q̄ di
ctus ē zelotes. act. ṗmo. Describit᷑ etiā ex
humilitate cum dī [seru⁹] ꝛ ex officij digni
tate. ibi [ꝛ aplūs iesu christi his] Hic 2° de
scribunt᷑ ꝑsone salutate cuꝫ dī [his q̄ coeq̄
lem uobiscū sortiti sunt fideꝫ] p ly coeq̄lem
nō excludūtur diuersi grad⁹ in fide nō cir
ca obiectum. naꝫ ad fidē in quolibꝫ req̄rit᷑
q̄ articuli fidei credant᷑. si. n. q̄s vnuꝫ solū
articulū discrederet nullius fidē ꝓprie dictā
hēret. Tn̄ in fide sunt grad⁹ q̄ꝫtum ad ex
plicationē. Licet enī omnes fideles credant
oēs articulos saltem implicite. tn̄ habētes
maiorem noticiam plura credunt explicite.
Similiter q̄ꝫtum ad intentioneꝫ. quia unus

credit feruentis ⁊ firmius alio. sz p ly coe
qualem excludit distinctio iudeoꝝ ⁊ genti/
lium. q2 gentiles credentes equaliter rece/
perunt dona dei inter que est fides sicut et
iudei. vñ ro. x. Non eniz est distinctio iu/
dei ⁊ greci. Nam idem dñs omnium diues
in omnes q̄ inuocant illum. vnde ⁊ act. x.
Cornelius ⁊ alij gentiles qui erant cuz eo
spiritūsanctum receperunt eodem modo sic
iudei receperunt in die pentecostes. ⁊ hoc ē
quod dicitur [his] id est gentilibus conuer
sis quibus scribebat petrus. vt dictum est
ī principio epistole precedentis [qui coequa
lem. nobiscum] scilz iudeis de quibꝰ erat pe
trus [sortiti sunt fidem] ⁊ etiam alia dona
dei. ideo subditur [in iusticia dei]. i. data per
deum. ⁊ accipit hic iusticia ꝓut est omnis
uirtus sicut accipit philosophus vno modo
vº ethicoꝝ. sed ibi loquit de iusticia acqui/
sita. hic autem agitur de infusa. [Gratia]
Hic tertio. describunt optata bona cum di
citur [Gratia uobis [in presenti [⁊ pax] in
futuro ubi quietabit totus homis appeti/
tus [adimpleat in cognitione dñi nostri ie
su christi] id est per cognitionē eius in pre
senti que dirigit ad pacem illam cognoscē
do de christo que sequunt [quoniaz omnia
⁊c. totum est sub uno verbo vsqꝫ ibi Uos
autem exclusiue. ⁊ ideo est de salutatione ī
qua exprimunt optata bona. et est littera
intricata. ꝓpter quod sic iungat [In cogni
tione dñi nostri iesu christi quomodo ⁊c.]
id est cognoscatis qꝫ benigne et perfecte [
[donata sunt nobis omnia que ad uitam]
gratie pertinent [⁊ pietatem]. i. cultum la/
trie que pietas a Tulio ⁊ doctoribꝰ catho
licis nominat [diuine uirtutis]. i. per uir/
tutem diuinam que est in eo scilz christo.
Ueruntamen quia cognitio christi ⁊ dono
rum eius deriuata est ad gentiles p p̄dica
tionē apostoloꝝ īmediate illumīatoꝝ. ideo
subdit [p cognitionem eius]. s. christi nobis
donatam ab eo [qui uocauit nos ꝓpria glo
ria ⁊ uirtute] cuz essemꝰ simplices ⁊ ideote
act. iiij. ꝓpter quod totum est ab ipso [per
que]. s. gloriam ⁊ uirtutem christi [maxima
⁊ p̄ciosa nobis promissa donauit [scilz spiri
tum sanctuz signo uisibili ⁊ donum lingua
rum sicut ꝓmiserat luce vltimo. Uos autez
manete in ciuitate donec induamini uirtu
te ex alto. ⁊ ioh. xvj. Si enim non abiero
paraclytꝰ non ueniet ad uos ⁊ subditur ibi

dem. Cum autem uenerit ille spūs verita/
tis docebit uos omnem ueritatē [ut p hec]
dona spūssanti uobis data [efficiamini] cre
dentes nostre predicationi [diuine cōsortes
nature] per dona gratie sicut ⁊ nos. Sicut
enim p̄fectiones naturales sunt quedam di
uine nature participationes in esse natura
li. sic dona gratie in esse supernaturali. Et
quoniam accessus ad terminum ad quez in
cludit recessuz a termīo opposito. ideo sub
dit [Fugientes ⁊c.] ⁊ patet. [Uos autem]
Hic incipit ꝓsecutio epistole. in qua primo
credentes inducit ad tenendum firmiter fi
dei ueritatem. Secundo ad p̄cauendum op/
positam falsitatez. ca. ij. Prima in duas. q2
primo ponit dictam indnctionem. secūdo in
ductionis rationē. ibi Hec enim. Circa p̄
muz sciendū qꝫ fides sine operibus mortua
est vt dictuz est supra Ja. ij. Propter quod
non est p̄fecta vsquequaqꝫ. non ꝓpter ali/
quam falsitatem. nam fidei formate nō sub
est falsum sed ꝓpter operis defectum. ideo
credentes inducit ad fidem operantem per
dilectionez ⁊ alias uirtutes annexas dicēs
[Uos autem] supple scitis [curaz omnē sub
inferentes] ad implenduz quod subdit [Mi
nistrate in fide uestra uirtutē]. s. bene ope
randi ut appareat uiua [In uirtute aūt sci/
entiam]. i. discretionez operis directiuā [in
scientia autem abstinentiam] non solum ab
illicitis sed etiam ab aliquibꝰ licitis perue/
nientes ad consilioꝝ p̄fectionem. [In absti
nentia autem patientiaz] sicut dicit math.
vj. Cum autem ieiunatis temporibꝰ non in
iunctis. s. nolite fieri sicut hypocrite tristes
⁊c. [In patientia autez pietatem] hoc ē enī
perfectionis qꝫ homo sic sit sibi durus per
abstinentiaz ⁊ alijs pius p condescensionē
[In pietate autez] circa aliquas p̄sonas sin
gulares [fraternitatis]. i. cōmunitatis fideli
um [amorez] q2 bonum communius est diui
nius ⁊ melius. [In amore autem fraternita
tis charitatem]. i. unionez ad deum que est
vinculum p̄fectionis. colꝰ. iij. ⁊ p consequēs
omnium predictoꝝ perfectiua. [Hec enim]
Hic consequenter ponit inductionis dicte
ratio ⁊ primo rōne sumpta ex pte inducti
onis. secundo ex parte inducentis. ibi Pro
pter quod. Prima ratio. q2 si acquiescat
inductioni dicte ꝓuenit inde magnuz bonū
⁊ euitat magnuz malum. ⁊ hoc est quod di
citur [Hec enim] predicta [si uobiscū assint]

īsepabiliter [ꝛ superent] opposita uicia[nō uacuos nec sine fructu]imo plenos meritis ꝛ premijs[vos constituent]finaliter [in dñi nostri iesu christi cognitione] id est eius a perta uisione. Joh. xvij. Hec est autē uita eterna ut cognoscant te solum deū ꝛ quē misisti iesum christum] Cui enim nō presto sunt hec cecus est]in intellectu[ꝛ manuꝫ tē tans].i. dubius in effectu[obliuionem acci piens ꝛc.].i. per effectum uidet̄ oblit⁹[sue purgationis p baptismū in quo accepit no uam uitam p fideꝫ charitate ꝛ alijs virtu/ tibus opantem.[Quapropter fratres mei satagite]pcedendo de bono in meli⁹[ut p bona opera certam uocationē]ad fidem ca tholicam[ꝛ electionem]ad beatitudinē[faci atis]quasi dicat Si essetis a bonis opibus ociosi uidetur uocatio ꝛ electio uestra ma/ gis esse secundū presenteꝫ iusticiam q̄ꝫ secū dum eternam dei pdestinationem. Sciendū tn̄ q̄ꝫ hic accipitur certudo pro pbabili con iectura que certitudo est ī moralibus ꝛ hu manis agibilibus requirenda. secundum q̄ꝫ dicit̄ primo ethi. disciplinati enim intantum certitudinē inquirere secunduꝫ unūquodqꝫ genus inquantū natura rei recipit. pximū enim uidetur mathematicū persuadentē ac ceptare ꝛ rethoricuꝫ demōstrationes expe tere[Hec enim facientes] id ē opera bona continuātes[non peccabitis]aliquando sciłꝫ mortali pcō. qꝛ ueniale non potest uitari omnino.[Sic enim habundāter].i. p multa merita[ministrabit̄ vobis introitus in eter num regnuꝫ]quod est summe desiderandū [Propter quod]Hic consequent̄ inducitur ppositū ratione sumpta ex parte inducē tis. Et hec est duplex. secunda ponitur ibi Non enim. Prima uero accipit̄ ex cura pa storali que mouere debet pastoreꝫ ad infor mandum subditos in bono ꝛ confirmandū ꝛ maxime quādo scit obitum suum ppin/ quum. ꝛ sic erat in petro pastore fidelium. Et hoc est quod dicit [ppter quod incipiā uos semp cōmouere de his].i. de opib⁹ bo nis. ꝛ dicit[incipiā].i. ita freqūter hoc fa/ ciam ac si semp essem in principio.[Et qui dem scientes] bonum facere[ꝛ cōfirmatos] uos[in pn̄ti ueritate]supple desiderio esse. ppter quod ponit̄ in aliquib⁹ libris uolo qꝛ subintelligit̄ lꝫ non sit de textu.[Justū enim arbitror]ratione officij mihi imposi/ ti[q̄ꝫdiu sum in hoc tabernaculo].i. uiuens

in hoc corpore quod dicit̄ tabernaculuꝫ ani me.[suscitare uos in cōmonitione].i. excita re uos ad bonū[cert⁹ q̄ꝫ uelox est depositio tabernaculi mei] Sciebat enim mortem suā ppinquā p christi reuelationē.[Dabo aūt operam].i. efficaciter ꝛ frequent̄ hoc faciā. [habere uos]supple memoriā de cōmonitio nibus meis[post obitum meū]Pastor enim bonus desiderat ꝛ querit saluteꝫ sue gre/ gis non solum p tempore suo sed etiā p fu turo[ut hoꝝ memoriā faciatis].i. ope im/ pleatis. Ex dictis ptꝫ q̄ꝫ hanc epistolā scri psit rome sicut ꝛ pcedentem nam sicut dici tur hic ppinquus erat passioni sue quā su stinuit rome[Non enim]Hic ponit̄ secun da ratio que accipit̄ ex doctoris certitudi/ ne q̄ tanto magis mouet̄ ad docendū q̄ꝫto scit suam doctrinā esse ueram. Erat auteꝫ petrus de ueritate sue doctrine duplici uia cert⁹. secūda ponit̄ ibi. et habemus. Prima uia fuit per auditum imediate a deo patre a quo nulla falsitas pōt esse. ideo dicit[Nō enim indoctas fabulas secuti]sicut sequunt̄ poete ꝛ doctores falsi[Notam fecim⁹ uobis dñi nostri iesu christi uirtutem]uobis pdi/ cando ꝛ sermonē miraculis christi nomine factis cōfirmando ad sue diuinitatis osten sionē[ꝛ pscientiam]naꝫ inq̄ꝫtum de⁹ nouit omnia ab eterno. ꝛ inq̄ꝫtuꝫ homo ab instā ti cōceptionis nouit q̄ cognoscit de⁹scientia uisionis que respicit habentia esse secundū q̄ꝫtumcūqꝫ differentiā tempis[Sed specula tores facti illius magnitudinis].i. magnifice transfiguratiōis: quaꝫ uiderūt Petr⁹ Jaco bus ꝛ Johannes in qua transfiguratōe ap paruit eis in forma humanitatis gloriosa. [Accipiens enim a deo pr̄e honorem ꝛ glori am].i. testimoniuꝫ honoris ꝛ glorie diuine [voce lapsa]de celo[ad eum]sensibiliter [a magnifica gloria].i. a deo pr̄e[huiuscemo/ di].i. que uox fuit talis[hic ē filius meus] sciłꝫ naturalis. ꝛ p ɔsequens eiusdē nature ꝛ eiusdē glorie mecum[in quo mihi cōpla/ cui]ut p eū pficiam salutem generis huma ni. [Ipsuꝫ audite]aure cordis ꝛ mentis cre dentes eius doctrine[ꝛ hanc uoceꝫ nos au diuimus]sensibiliter ꝛ intelligibilit̄[cū esse mus cum ipso in monte sancto] qui dr̄ san ctus ratione huius apparitiōis sancte que describitur Matthei. xvij.[Et habemus] Hic ponit̄ secunda uia certutidinis quam habuit Petrus ex scriptura prophetica.

cuius ītellectum habuit p christum. luc. ultimo. Apperuit illis sensum ut intelligerēt scripturas. s. ꝓphetaꝝ. ⁊ hoc est quod dicit [Et habemus firmiorem ꝓpheticum sermonem] que firmitas potest uno modo referri. s. ad sermonē petri. ⁊ sic sermo ꝓpheticus nō est firmior sermone eius simpliciṫ sed magis ecōuerso. nam apostoli fuerunt magis illumīati a deo q̄ȝ ꝓphete antiqui. erat tn̄ firmior alicui utpote iudeo in ꝓphetali doctrina nutrito. homīes enim magis credunt consuetis dici apud eos sicut dicit philosophus. ij meth. q̄ aliqui magis assē tiunt fabulis et dictis poetaꝝ q̄ȝ rōnibus certis philosophoꝝ. Inter gentiles autem q̄bus petrus specialiter scribebat erāt aliqui de iudaismo conuersi eo q̄ fiebat una ecclesia ex gentilib⁹ ⁊ iudeis. Potest etiam dicta fraternitas referri ad sermones aliorum ꝓphetaꝝ a dauid cuius sermo firmior est q̄ȝ alioꝝ. eo q̄ fuit eximius ꝓphetarum ut dicitur in principio glose libri psalmoꝝ. eo q̄ alij ꝓphete ueritatē sibi reuelatā in uisionibus imaginarijs uiderunt. ut ibi dicitur. dauid aūt p intellectum sine talibus imaginibus. sicut clarius uidȝ q̄ demōstrationes geometricas capit sine descriptione figuraꝝ q̄ȝ illi q̄ non capiunt sine tali descriptiōe. ut plenius dixi cum tractareȝ de gradib⁹ ꝓphetie in principio libri psalmorum. ⁊ hoc modo uideṫ petrus loq̄ cum dicit [habemus firmioreȝ ꝓphetitū sermonē] nam secūdum glosaȝ intelligit de sermone dauid qne habetur psalmo. ij. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. qui ad litteraȝ intelligiṫ de christo. sicut ibi fuit ōnsum etiaȝ p antiquos doctores hebreoꝝ. Hanc auteȝ auctoritatē non exprimit beatus petrus. q2 eadem ē in sententia cū pri⁹ allegata Hic est filius me⁹ dilectus q̄ȝtum spectat ad ꝓpositum [cui benefacitis accedentes]. s. sermoni ꝓphetaruȝ [quasi lucerne lucēti in caliginoso loco]. i. in hoc mundo ignorantie tenebris obscurato [donec dies illucescat]. i. clara visio ueniat [⁊ lucifer]. i. diuina claritas [oriatur in cordibus uestris] q2 non est uisibiliṫ oculis corporalibus sed tantū mētalibus [Hoc primum] Hic reddet rationē sui dicti. s. q̄ sermoni ꝓphetico debȝ attendi q2 ꝓcedit ex diuina reuelatiōe ⁊ non ex humana fictiōe et hoc est quod dicit [hoc primū intelligentes q̄ omnis ꝓphetica scriptura]. i. ī sacra scriptura posita. quod dicit ad excludēduȝ ꝓphetias alias que non sunt alicui⁹ firmitatis [ꝓpria interp̄tatione non fit]. i. nō fit sensu humano. ideo subdiṫ [Non eniȝ ⁊c. sed spūsancto inspirati] a quo nō potest nisi ueritas inspirari ⁊ in uirtute eius pronunciari.

estis fortes in corpore ita sitis mente ut nō
deficiatis in quacūqȝ tribulatiōe. ⁊ subdit̃
ad hoc ratio [⁊ uicistis malignum] id ē dia
bolum renūciando ei ⁊ pompis eius ī ba/
ptismo. q. d. debetis firmit̃ stare ne de ce
tero uincamini ab ipso. [Nolite diligere]
Hic ponitur diuine societatis cum homīb⁹
dissipatiuum ut euitet̃. quod est duplex. s.
cupiditas que est uenenū charitatis ī qua
charitate consistit dicta societas. ⁊ heresis
puersitas que dictam societatem dissoluit.
ergo primo docet cauere primū secūdo se
cundū. ibi Filioli. Circa primū dicit [No
lite diligere mundū] non accipit̃ hic mun
dus p uniuersitate creaturaꝝ sicut dr̃ Jo. p̄
mo Mundus p ipsum factus. Creature enī
diligende sunt inquantū p eas ascendimus
tanq̄ȝ per scalam ad cognitionem creatoris
Jo. primo. Inuisibilia enī ipsius. i. dei a cre
atura mundi. i. ab homine per ea que facta
sunt intellecta conspiciunt̃ sempiterna quo
qȝ uirtus ⁊ diuinitas. sed accipit̃ hic mun
dus p homībus delectabilia huius mundi ī
ordinate querentibus. de quibus dr̃ Jo p̄io
Mundus eū nō cognouit. qꝛ occupatio cir
ca delectabilia mundi impedit cognitionem
dei. Lz autem natura sit in ipsis diligenda
vitium tñ est odiendum ⁊ fugiendū. Nam
amicus stultoꝝ similis efficitur. puer. xiij.
Nominat̃ autem hic mundus rōne uicioꝝ.
ideo subdit̃ [neqȝ ea que in mundo sunt]. i.
uicia eoꝝ [Siquis diligit mundum] hoc mo
do dictū [non est charitas patris in eo] nā
amor delectabilium huius mundi retrahit
ab amore diuino. [quoniam omne quod est
in mundo] id ē homībus mundanis [concu
piscentia carnis est] que uiget ī uoluptuosis
[⁊ concupiscentia oculoꝝ] in cupidis ⁊ aua/
ris [⁊ superbia uite] in ambitiosis. que scilȝ
triplex concupiscentia [non est ex patre] qꝛ
nihil uiciosum ē a deo lz res concupite sint
ab eo ⁊ etiā potentia concupiscibilis ⁊ ei⁹
actus inquantū ē ens. non autem inq̄ȝtum
deordinatus [sed ex mundo est] qꝛ puenit
ex defectu seu malicia hominū mundano/
rum [⁊ mundus] id ē homīes mundani [trā
sit] de hoc mundo p mortem. vita enim p̄ns
non ē nisi quidam transitus. sap. ij. Umbre
transit⁹ est tempus nostꝝ [Qui aūt facit uo
luntatem dei manet in eternū] qꝛ de statu
gratie transit ad statum glorie que ē gra
tia consummata. [Filioli] Hic consequent̃
docet precauere hereticoꝝ puersitatem. ⁊ se
cundo firmiter tenere catholicam ueritatē
ibi Uos quod audistis. tertio circa dicta fa
cit breuem recapitulationē ad maiorem di/
ctoꝝ firmitatem. ibi Hec scripsi uobis. Pri
ma in duas. qꝛ primo monet hereticos ca/
uere. secundo docet eos cognoscere ibi Sȝ
uos. Circa primū dicit [Filioli] Hic acci
pitur filioli largius q̄ȝ supra. s. pro omnib⁹
fidelib⁹ q dicuntur filioli beati iohannis eo
q erat apostolus in illis ptibus. [nouissi/
ma hora est] id ē sexta etas ⁊ ultima huius
mundi que simul currit cum septima que ē
etas quiescentium in celo a tempore passio
nis christi per quam aperta est ianua cele/
stis. Aliter exponit̃ de tempore antichristi
quod dr̃ hora nouissima. eo q est futurum
circa finē mundi. tñ aliquo modo incepit a
tempore apostoli in quo Ebion ⁊ Cherin
thus surrexerunt ⁊ plures alij heretici qui
fuerunt figura antichristi sicut beat⁹ Johā
nes baptista dicit̃ venisse in spū Helie. Lu
ce p̄mo. ⁊ huic expōni magis concordat lr̃a
sequens cum dr̃ [Et sicut audistis qꝛ anti/
christus venit] id est uenturus est tempore
suo [nunc antichristi multi facti sunt] scilȝ
heretici corrumpentes ueritatem euangelij
sicut faciet antichristus. [vnde scimus] id est
ex hoc expendimus [qꝛ nouissima hora est]
id ē q tempus antichristi quodammodo in
cepit in eis [ex nobis pderunt] id est ex so
cietate nostra. Nam heretici pprie dicūtur
qui fidem catholicā susceptā corrumpūt [sȝ
nō erant ex nobis] secundū eternam dei p̄
destinationē [nam si fuissent ex nobis hoc
modo permansissent utiqȝ nobiscum] quia
diuina predestinatio non frustratur effectu
suo. [sed ut manifesti sint] supple exierunt
de societate nostra ut sic a fidelibus melius
euitent̃. [Sed uos] Hic consequenter docet

66

modum cognoſcendi hereticos qui aliquan
do aliunde ueniebant ad ſubuertendum fi/
dem ſimplicium. ⁊ primo tangit a pᷓte fide/
lium dicens [Sed uos unctionem] gratie ha
betis [a sancto] id ē ſpiritu que data eſt uo
bis in baptiſmo. [⁊ noſtis omnia] .ſ. ad ſalu
tem neceſſaria. Natura eniꝫ non deficit in
neceſſarijs. ⁊ multo minꝰ auctoꝛ nature. Ue
ritas autem fidei neceſſaria eſt ad ſalutem
tamē magis uel minus explicite ſecundum
ſtatum credentiuꝫ. nam ſacerdotes plura te
nentᷣ explicite cognoſcere de his que ſunt
fidei q̄ꝫ ſimplices laici. ⁊ ideo ſi ueniat he/
reticus ad coꝛrumpenduꝫ fidem ⁊ fidelis ſe
cōuertat ad deum ad habendū eius vnctio/
nem dirigenteꝫ non deficiet quin eum diri
gat per ſe uel ꝑ alium ſecunduꝫ ea que ꝑti
nent ad ſtatum ſuum. ⁊ ſic in poteſtate eſt
habere unctionē docentem de omnibus ne
ceſſarijs ad ſalutem. Illud autem habere di
cimur quod ē in poteſtate noſtra habendi.
[Nō ſcripſi uobis quaſi ignoꝛantibꝰ] hoc
dicit ſpecialiter ꝓ maioꝛibus qui ſciebāt fal
ſitates hereſuꝫ ⁊ ueritates articuloꝝ diſcer
nere. ſecundo dat moduꝫ cognoſcendi ex ꝑ
te hereticoꝝ dicens [Quis eſt mendax] .ſ.
in fide [niſi is q̄ negat] id ē negationē que
ſequitᷣ affirmat eſſe ueram ſcilꝫ [quoniam
Jeſus non ē chꝛiſtꝰ] Hoc enim affirmāt iu
dei obſtinati dicentes q̄ Jeſus nazarenus
non ē chꝛiſtus in lege ⁊ ꝓphetis ꝓmiſſus.
Hoc etiam affirmabant heretici q̄ iudai/
zabant poſt ſuſceptionē baptiſmi [hic ē an
tichꝛiſtus] id ē chꝛiſto ɔ̄rius [q̄ negat pꝛēm
⁊ filium] Sunt enim coꝛrelatiua que poſita
ſe ponunt ⁊ perempta ſe ꝑimunt. ideo q̄ ne
gat unum ⁊ alteꝝ ⁊ ſimiliter q̄ cōfitetᷣ vnū
⁊ alterum. [Uos] Hic cōſequentᷣ monet eos
tenere fidei ueritatem dicens [Uos q̄d au/
diſtis ab initio] ueſtre cōuerſionis [in uobis
permanet] ſine heſitatiōe ⁊ deuiatōe [Si au
tem in uobis ꝑmanſerit] ſcilꝫ fides charita
te foꝛmata quam recepiſtis in baptiſmo [⁊
uos in pr̄e ⁊ filio manebitis] in pꝛeſenti per
gr̄am [⁊ hec eſt repꝛomiſſio] quam ī pꝛeſen
ti ꝑ gratiam [ipſe eſt pollicitus uobis] dare
in futuro ſ. uitam eternam. Jo. vj. Hec ē uo
lūtas eius q̄ miſit me patris ut omnis qui
uidet filium ⁊ credit in eum habeat uitam
eternam. [Hec ſcripſi] Hic ponit circa ꝓ̄di/
cta recapitulationē ad maioꝛem affirmatio
nem dicens [Hec ſcripſi uobis de his q̄ ſe

ducūt uos] id ē conantᷣ uos decipere [⁊ uos
unctionem] gr̄e [quam accepiſtis ab eo] .i. a
deo in baptiſmo [maneat in uobis] In pote
ſtate enim homis eſt illam gr̄am obſerua/
re. q2 deus non ſubtrahit gr̄am ſuam ab a
liquo niſi ipſe pꝛius ſubtrahat ſe a deo per
malam uoluntatē [⁊ non neceſſe] habetis [ut
aliquis] homo [doceat uos] non eſt hoc ītel
ligendū q̄ fideles ſimplices cōtemnere debe
ant doctrinam ſuperioꝝ uel etiam neglige
re cuꝫ eam poſſunt habere. q2 doctrina dei
eſt. Sed hoc dī q2 ſi humana doctrina defi
ceret deus ſuppleret ut ſupꝛa dictū. [Sꝫ ſicᷣ
unctio eius] id ē dei que eſt ſufficiens [doce
ret uos de omnibꝰ] neceſſarijs ad ſalutem
maxime in caſu in quo deficit humana do
ctrina. vnde frequentᷣ inueniuntᷣ aliqui ſim
plices nutriti in campis clarius uidentes ī
his que ſunt neceſſaria ad ſalutem q̄ꝫ illi q̄
quaſi quotidie audiūt ſermones in ciuitati
bus magnis [⁊ ueꝝ eſt ⁊ non eſt mendaci/
um] nam ab eo qui ē regula ueritatis non
poteſt ꝓcedere niſi ueꝝ. [⁊ ſicut docuit uos
manete in eo] per bonam uoluntatē [ut cuꝫ
apparuerit ī iudicio habeamus fiduciam] .i.
certitudinē [de beatitudine noſtra ⁊ nō con
fundamur ab eo] in aduentu eius audiendo
illam terribilem ſn̄iam que habetᷣ Matth.
xxv. Jte maledicti in igneꝫ eternū ⁊c̄. [Si
ſcitis quoniā iuſtus] q2 cuilibꝫ fideli hoc no
tum eſt de deo [ſcitote quoniam ⁊ omnis q̄
facit iuſticiam] id ē opera iuſticie [ex ip̄o na
tus eſt] .i. hoc facit inquantū habꝫ eſſe ab
eo. Et ſi loquitᷣ de operibus iuſticie que ē
uirtus politica ueꝝ eſt. q2 ab ipſo ē omne
bonuꝫ nature. ⁊ multofoꝛtius ē ueꝝ de ope
ribus iuſticie infuſe que datᷣ cum gratia ꝑ
quam homo coſtituitᷣ in quadam ꝑticipati
one ſupernaturali eſſe diuini ſecundum q̄
dicitᷣ ſecunda petri pꝛimo Maxima ⁊ pꝛe/
cioſa nobis ꝓmiſſa donauit ut per hec effi
ciamini diuine nature conſoꝛtes.

Cap. iij.

Jdete qualem charitateꝫ] Poſt
q̄ꝫ beatus Johannes tractauit
de ſocietate dei ⁊ hominuꝫ que
habetur in uia Hic conſequen
ter tractat de illa que in patria expecta/
tur. Et diuiditur in duas partes. quia pꝛi
mo declarat eius perfectionem. ſecundo de
bitam ad ipſam diſpoſitionem. ibi Et om
nis. Circa pꝛimum dicit [Uidete] id eſt

diligenter attendite[qualez charitatē dedit nobis pater]celestis[vos in filios]adoptando.iohan.pmo. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Ideo subditur[ut filij dei nominemur et simus] in ueritate ita q hoc nomen in nobis non est uacuum nec inane. ⁊ per consequens habemus ius in celesti hereditate. [ppter hoc mundus non cognouit nos]notica approbatiōis. homies enim mundani non approbant sed reprobant illos q terrenis contemptis tendunt ad hereditatez celestem eos miseros ⁊ stultos reputantes. et subdit causa cum dī[q2 nō nouit eum]Per hoc enim q homies mundani sunt terenis totaliter intenti auertunt a cognitione dei patris inquantū est dator celestis hereditatis. ppter quod non approbant sed reprobant contemptores terrenoꝝ ⁊ appetitores celestium. Et si querat Que sunt illa celestia: Respōdet[Carissimi nunc filij dei sumus]p grām adoptionis[⁊ nonduz apparuit qd erimus] q2 illa bona celestia nō sūt compheniibilia quasi dicat non possunt sufficienter exprimi ab homibus uite presentis prima corinth.2°. Oculus non uidit ⁊ auris non audiuit ⁊ in cor homis non ascendit q̄ preparauit deus his qui diligūt eū[Scim⁹] quasi dicat hoc tantum scimus in generali de celestibus[quoniaz cum apparuerit]id ē cum nobis se pñtem ostenderit in possessione celestis hereditatis nos ponendo[similes ei erim⁹] in ipsum quantū possibile est transformati ⁊ ei coniuncti. ⁊ subdit mod⁹ huius coniūctionis ⁊ transformationis cuz dī[q2 uidebimus eū sicuti est]uidendo ipm clare trinum ⁊ vnuz. Cognitio enim secunduz omnes philozophantes fit p assimulationē cognoscentis ad cognitū. hec autez uisio est pfectissima cognitio que potest haberi a creatura itellectuali ⁊ p consequens est ibi assimulatio perfectissima ad deum ⁊ transformatio p amorem annexuz. ⁊ ī hoc consistit societas dei ⁊ beatoꝝ.[Et omnis] Hic consequent declarat debitam dispositionez ad hanc societatem consequendā que duplex est. secunda ponit ibi Omnis q nō est iustus. Prima in duas. q2 primo facit ppositum. secundo remouet quoddaz dictum erroneum. ibi Filioli. Prima uero dispositio ad uisionem dei consequendā est puritas mētis secundū dictū saluatoris Math. v°. Beati mundo corde quoniaz ipsi deuz uidebunt. ideo dicit[Et omnis q habz spem hanc in eo] id ē in deo sperans ipm uidere facie ad faciem [sanctificat se]conscientiam emundando[sicut ille sanct⁹ est]ppter quod non admittit ad sui uisionez nisi sanctos. ⁊ q2 ab ea repellūtur immūdi ɔsequent ostēditur[Omnis q facit peccatū ⁊ iniquitatē] Nam peccatum ē transgressio legis diuie Lex aūt diuina est ipsa equitas ⁊ iō in omni peccato mortali est equitatis corruptio ⁊ p consequens iniquitas [Et scitis quia ille apparuit in carne]assumpta [ut peccata tolleret]que sunt diuine uisionis impedimēta. [Et peccatum i eo non est]. i. esse non pōt ideo subdit[Omnis q in eo manet]fide formata charitate[non peccat]q̄diu sic manet q2 ɔ̄ria simul esse non possunt in codez subiecto.[⁊ omnis q peccat non uidet eum]Uidens eniz deum clare cum uideat ipz summum bonum nullo modo pōt auerti ab eo p peccatum. [nec cognouit eum]fide formata charitate. nec p hoc intelligenduz est q habens fidem charitate formatā non possit peccare ut aliq dixerunt ⁊ male. Apoc.2°. Charitatem tuam primā reliquisti. memor esto itaqz unde excideris ⁊c̄. sed sic est itellegendum q nullus utens actu fide formata charitate uel exñs in ea peccat. ideo dicitur[non cognouit euz]. s. actu peccando[Filioli] Hic consequent remouet quoddaz dictum eroneum. Erant eni aliq dicentes q cognitio fidei sine operib⁹ sufficiebat ad salutem. cōtra quem errorem scripsit beatus Johannes[Filioli mei nemo uos seducat]p̄dicto errore.[q facit iusticiam]id est opera iusticie[iust⁹ est]⁊ non ille q credit sine opibus.[Qui facit peccatum ex diabolo est]Iz dicat se esse christianuz] quoniam ab initio diabolus peccat]non ē p hoc itelligendum q2 creat⁹ fuerit malus ut dixerunt aliq. q2 scribit geñ. quito Uidit deus cuncta que fecerat ⁊ erant valde bona. sed quia ex quo primo peccauit semp in peccato pseuerauit Nā peccatum eius est irremediabile, et ad peccandum homies induxit. [In hoc apparuit filius dei] in humanitate assumpta [vt dissoluat opera diaboli] per mortem suam ⁊ ecclesie sacramenta ab eius morte efficaciam habentia. Ideo concludit [Omnis qui natus est ex deo] per sacramentum baptismi qd est sacramentū fidei formate[peccatū

67

non facit]inquantum sic natus . quia fides
formata charitate non stat cū peccato mor
tali.ideo subdit [quoniaʒ semen ipsius ī eo
manet] .s. gr̄a que non compatit̄ secum ta
le peccatum [⁊ non pōt peccare]inq̄ʒtuʒ ha
bens gr̄am que non pōt esse ratio peccan
di.sic sedens inq̄ʒtū sedēs non pōt ambula
re.⁊ in hoc sensu sedentem ambulare ē im
possibile.potest tamē peccare p defectibilē
liberi arbitrij quod nō confirmat̄ in bono
p gr̄am in presenti nisi in aliquib⁹ex gr̄a
speciali.ꝓpter quod infert distinctionē filio
rum dei ⁊ diaboli.dicens [In hoc manifesti
sunt filij dei].s.ꝙ non peccant mortalit̄ [⁊ fi
lij diaboli]p opationē peccati.⁊ sic patʒ ꝙ
nō sunt aliqui filij dei p fidem sine operib⁹
quod concludere intendebat.[Omnis]Hic
ponit̄ secunda dispō ad beatitudineʒ que ē
charitas fr̄na Math.v.Beati misericordes
quoniam ipsi misericordiā consequent̄ .Et
diuidit̄ in duas partes.nam pmo īducit ad
fraterne charitis actū.secundo declarat de
clarat debitum modū ibi Filioli.Circa pri
mam ꝑtem primo cōtinuat se ad p̄dicta di
cens [Omnis qui non est iust⁹]iusticia infu
sa non est de deo]q2 illa sola facit dignum
eterna uita.[Et qui non diligit fratreʒ]si
militer non est dignus uita beata [quoniā
hec est annunciatio]id est res annunciata.
[quaʒ audistis ab initio] ꝯuersionis uestre
[ut diligatis alterutꝝ]charitatiue [⁊ non si
cut caim]supple sitis [q ex maligno erat]
id ē diabolo [Et occidit fratreʒ suum]abel
geñ.4°.[Et ꝓpter hoc ꝙ occidit euʒ]rñdit
[quoniaʒ opera eius maligna erant.fratris
aūt eius iusta]Ista fuit occasio preuia.nam
munera Abel ꝓpter eius iusticiam erant ac
ceptata deo. in cuius signuʒ ignis descen/
dit de celo ⁊ cōsumpsit eius sacrificiuʒ.Uñ
geñ.4°.ubi dr̄ Et respexit deus ad Abel ⁊
ad munera eius. Interp̄tatio theodotionis
habet Inflammauit de⁹ sup abel.talis eniʒ
inflammatio signuʒ est acceptōis diuine ut
ptʒ vj.iudic.de oblatiōe gedeonis.⁊.xxiij.
in oblatiōe manne.⁊.iij.reg.xviij.in oblati
one helie.⁊ ij.palip̄.4°.de oblatione Salo
monis quod uidens caim concepit odium ꝯ̄
fratrem ⁊ inuidiam ex quo odio sicut ex cā
ꝓpinqua occidit eum. Dicunt̄ autem opera
caim fuisse maligna. q2 lʒ offerret deo ta/
mē de peioribus ⁊ ex uoluntate puersa.iō
dr̄ geñ.4°. Ad caim aūt ⁊ ad munera eius

nō respexit.q.d.ꝓpter maliciam caim mu
nera eius non acceptauit. Et ex hoc cōclu
dit dicēs [Nolite mirari fratres si odit uos
mund⁹] q2 opera eius maligna sunt.uestra
auteʒ bona.Et subdit cām bonitatis dicēs
[Fratres nos scim⁹] certitudinaliter si re
ferat̄ ad apostolos q receperūt spūm san/
ctuʒ in signo uisibili ⁊ ī gratia fuerūt con
firmati. ⁊ de hoc per diuinam reuelationē
fuerunt certificati.Si autem ad alios refe/
ratur tunc hic scire accipit̄ p probabili cō
iectura [quoniaʒ translati sumus de morte]
culpe [ad uitam]gr̄e [quoniam diligim⁹ fra
tres]opera uero ex charitete facta sūt me
ritoria.Ideo subdit p oppositum [q non di
ligit manet ī morte]q2 carʒ charitate que
est uita anime [Omnis q odit fratreʒ suū]
quod est peius q̄ʒ non diligere eum [homi/
cida est suiipsius spūaliter ⁊ fratris sui cor
poraliter dispositiue tñ. nam odium est dis
positio ad homicidium sicut dictum est de
Cain [Et scitis quoniā omnis homicida nō
habʒ uitam eternam in se manentem]quia
non habʒ gr̄am que ē in nobis quedam in
choatio uite eterne que consummat̄ in glo
ria que ē gratia consūmata [In hoc cogno
scimus]Hic ꝯsequenter iaducit ad actū fra
terne charitatis p exēplum christi q mori
uoluit p nostra salute.⁊ primo facit suaʒ in
ductionem.secundo aliquoꝝ exclusionē.ibi
Qui habuerit ⁊c̄.Circa primū pʒ lr̄a usq̄ʒ
ibi [Et nos debem⁹ p fratribus animas po
nere]id ē uitam corporalem p salute eorum
spūaliter exponere.Et hoc debitum patet
ex ordine charitatis secundū quem de⁹ sup
omnia diligend⁹ est.⁊ post ipsum anima p/
pria.⁊ tertio loco anima pximi.quarto ⁊ ul
timo ꝓprium corpus secundū Augustinū.j.
de doctrina christiana.Bonum uero minus
diligibile secunduʒ ordinem rectum debet
exponi p salute magis diligibilis.propter
quod uita corporalis est exponenda pro spi
rituali sasute proximi . non tamen omnes
semper ad hoc tenentur nec vniformiter .
Cuius ratio est. quia cuiuslibet semper im
minetur cura sui corporis.non autem cura
de salute spirituali proximi sed solum ī ca
su necessitatis . ut siquis uideat periclitari
proximum spiritualiter ⁊ non possit sibi a
liter subueniri nisi per hoc ꝙ talis uidens
exponit se morti corporali.in tali casu tene
tur hoc facere ⁊ non alias. Et hoc modo

videtur beat⁹ Uitalis martyr Ursinū me/
dicum in articulo mortis positū ꝓ fide chri
sti ⁊ expauescentem suis exhortationib⁹ ro
borasse ꝓ quo ad mortem fuit condemnet⁹
Illi uero qui curam animaꝝ habent ut sa/
cerdotes curati ⁊ episcopi ⁊ alij prelati nō
solum in hoc casu sed etiam in alijs tenen
tur ꝓ salute subditoꝝ suoꝝ uitam exponere
corporalem. utpote si lupus intret gregem
ad corrumpendum eum in fide uel moribus
aliter non esset pastor sed mercenarius se/
cundū testimoniū saluatoris. Jo. x. ca. [Qui
habuerit] Hic consequent̄ ostendit in aliq
bus defectum huius charitatis dicens [qui
habuerit substantiam huius mundi] id ē di
uicias. Hic tangit̄ duplex casus in quo ele
mosynā facere necessitatis est precepti. vn⁹
accipit̄ ex parte facientis. s. qn̄ habꝫ sup/
fluum uictui ⁊ uestitui consideratis necessi
tatibus psone ⁊ status. ⁊ non solum secun
duꝫ p̄sentem statum. sed etiam secundū ea
que ꝓbabiliter possunt occurrere ⁊ frequē
ter occurrunt. Et secundū hoc dicit̄ Luc. xj
Quod superest date elemosynam. Uñ Ba
silius Famelici panis est queꝫ tu tenes. nu
di tunica quam in conclaui cōseruas. discal
ceati calceus qui apud te marcessit. idigen
tis argentum quod possidem⁹ inhumatum.
quo circa tot iniuriaris quot dare ualeres
Et hoc idem dicit ambrosius ī decretis di
stinc. xlvij. cap. si tamē hi. ⁊ hoc notat̄ cum
dicit̄ [Qui enim habuerit substantiaꝫ hu
ius mundi] i. diuicias superfluas modo dicto
Secundus casus accipit̄ ex parte recipiētis
scilꝫ quando patit̄ urgentem necessitateꝫ ⁊
nō apparet unde sustentari possit nisi per
elemosynam istius. ⁊ tunc iste tenetur dare
nō solum de superfluo sicut in casu predicto.
sed etiaꝫ de necessario non psone sue secū
dum īdiuiduum cōsiderate q2 plus qlibꝫ te
netur sibi q̄ꝫ alteri si sit in necessitate simi
li sed de necessario sui status. nam quilibꝫ
debet se restringere ut ꝓximuꝫ adiuuet in
ultima necessitate. ⁊ secundū hoc subdit̄ [⁊
uiderit fratrem suum necessitatem haber̄]
scilicꝫ ultimā [⁊ clauserit uiscera sua ab eo]
subuentionem denegādo [quō charitas dei
manet in eo:] q. d. nullo modo. In tali enī
casu ē transgressor precepti diuini. ꝓpter
quod dicit Augus. Pasce fame morientem
si nō pauisti occidisti. [Filioli] Hic cōsequē
ter inducit ad debitum diligendi moduꝫ. di
cens [Filioli mei non diligam⁹ uerbo] scilꝫ
tantū sicut illi qui uerbo dicūt se fratribus
compati sed de facto nihil. ⁊ hic est amor fi
ctus siue uanus. [neqꝫ lingua] s. fallaci si/
cut Joab dixit Amase. 2°. reg. xx. Salue mi
frater ⁊ statim īterfecit eum. ⁊ hic amor nō
solum est fictus ⁊ uanus sed etiam ꝓditori⁹
[sed opere] cōtra primuꝫ [⁊ ueritate] contra
secundū [in hoc] diligendi modo. s. efficacit̄
⁊ ueraciter [cognoscimus quoniam ex ueri
tate sumus] id ē ex deo qui est ipsa ueritas
[⁊ ī cōspectu eius suadebim⁹ corda nostra]
ad uere charitatis opera. Uel aliter [suade
bimus corda nostra] id ē cōfidenter p̄ntare
poterimus coram eo corda nostra. q2 si ali
ter diligeremus scilꝫ uane uel false hoc fa
cere nō possemus. ideo subdit̄ [quoniam si
reph̄enderit nos cor nostꝝ] de uana uel fal
sa dilectiōe [maior est de⁹ corde nostro ⁊ no
uit omnia] ꝓpter quod talis uanitas vl̄ fal
sitas non latebit eum. [Carissimi] si cor no
stꝝ non reph̄enderit nos] de uana uel falsa
dilectione [fiduciam habemus⁹ ad deum] scili
cet ī nostris necessitatib⁹ recurrēdi ad ipm
[⁊ quicqd petierimus] de ptinentib⁹ ad no
stram salutem ⁊ pseueranter accipiem⁹ ab
eo] non tamen semper statim sed tempore
oportuno. nam aliquando differt petitiōes
fidelium implere ut non sic uilescat quod p̄
stat. ⁊ ut prolixiori desiderio ⁊ postulatōis
repetitione meritum eis accrescat. Et sub
ditur ratio impletionis cum d2 [Quoniam
mandata eius custodimus ⁊c.] Ipse autē cu
stodientib⁹ mandata eius uitam eternam ꝓ
mittit. Matth. xix. Si uis ad uitam ingre
di serua mandata. ⁊ fidelis est implendo ꝓ/
missa. Et que sint eius mandata subdit di
cens [Et hoc est mandatum eius ⁊c. Hic ac
cipitur singulare ꝓ plurali. q2 omnia man
data eius continent̄ in fide per dilectionē
operāte. Ro. xiij. Plenitudo ergo legis est
dilectio. [⁊ qui seruat mandata eius] per di
lectioneꝫ adimplendo [in illo manet] sicut a
mans in amato ⁊ etiam ecōuerso [Et ī hoc
scimus quoniam manet in nobis dicto mō
[in spiritu] id est per sp̄um [quem dedit no
bis] Si hoc intelligat̄ de beato Johanne ⁊
alijs apostolis istud scire est per certitudi/
nem diuine reuelationis. Si anteꝫ de alijs
est per ꝓbabilem coniecturam ut dictum est
supra eodem capitulo.

Cap. iiij.

Arissimi] Hec est secunda pars principalis huius epistole. ī qua beatus Johannes agit de uerbi incarnatiōe. ⁊ primo ueritatem declarat. secūdo declarationē ꝯfirmat. ibi Et nos uidimꝰ. Prima in duas. qꝛ primo determīat ueritatem. secūdo inducit ad charitatē. ibi Carissimi. Et qꝛ opposita iuxta se posita magis elucescunt. ideo determināndo ueritatem ponit iuxta oppositā falsitatem. Et diuidit̃ in duas partes. qꝛ p̄rio determīat ueritatem in cōpatione a docētes. secundo ad audientes. ibi Ipsi de mundo sunt ⁊c̃. Circa primū dicit [Nolite omni spūi credere] id est omni loquenti de spūalibꝰ inter q̄ incarnatio uerbi est de maioribꝰ [sed ꝓbate spūs] Modus aūt ꝓbandi postea ponitur. sed primo ponit̃ ratio ꝓbandi cum dꝛ [quoniam multi pseudo ꝓphete] id ē multi doctores falsi de incarnatione [exierunt in mundum]. s. ebion ⁊ cherinthus ut dictū est supra. Et subdit̃ modus ꝓbationis cum dꝛ [In hoc cognoscit̃ spūs dei] id est loquēs de spūalibus ex inspiratione diuina [omnis spūs qui confitet̃ Jesum christum in carne uenisse est ex deo] id ē loquit̃ ex inspiratione diuina. Christꝰ est nomen suppositi ī duplici natura. s. diuina ⁊ humana. in diuina ab eterno. in humana ex tempore. Uenit igit̃ in carnem humanā naturam assumēdo in uirgine. sed uenit in carne nascendo de ea in carne assumpta. Et sic patet ꝙ(?) uenisse in carne includit uenisse in carnē. qꝛ secundum p̄supponit primū [et omnis spūs qui soluit Jesum] sicut ebion ⁊ cherinthus negantes eius diuinitatē ⁊ omnes male sētientes de incarnatione uerbi [ex deo non est] id ē non loquit̃ ex spū diuino sed maligno. ideo subdit̃ [Et hic est antichristus] nō in p̄sona sed in figura. ut dictum est supra 2º caº. Et sic pꝫ lr̃a sequens cum dicit̃ [De quo audistis ⁊c̃. Uos ex deo estis filioli] p baptismū regenerati [⁊ uicistis eum]. s. figuralem antichristum confitendo Jesum christum esse deum ⁊ uez hominem. [vel uicistis eum] id ē mundum deuincendo concupiscētiam oculoꝝ ⁊ carnis ⁊ superbiā uite que nomīe mundi intelligunt̃ ut dictum ē supra secūdo ca. [quoniam maior ē q̄ in uobis ē] spūs dei in quo uicistis concupiscentias mūdi ⁊ non uirtute ꝓpria [q̄ꝫ qui in mundo]. i. q̄ꝫ spūs malignus qui habitat in hominibus mundanis ⁊ excitat concupiscentias predictas. [Ipsi de mundo] Hic cōsequenter determīat ex parte audienti. Circa quod sciendum ꝙ quilibet libent̃ audit illud ad qd̃ ꝓnitatem habꝫ ⁊ oppositum abhorret ideo heretici in doctrina sua laxabāt hominibus mundanis delectabilia ut sic facilius peruerterent eos circa credibilia. Et hoc ē quod dicit [Ipsi] id ē heretici q̄ sunt figura antichristi [de mundo sunt] id ē querentes huiꝰ mundi delectabilia. Uñ dicit Augus. in libro de utilitate credendi. Hereticus ē qui alicuius temporalis cōmodi ⁊ maxime glorie principatusq̄ꝫ sui gr̃a falsas ac nouas opiniones gignit uel sequit̃. [Ideo de mundo loquūtur] Nam ex habundātia cordis os loquit̃ [⁊ mundꝰ eos audit] nam ad ea q̄ predicant afficit̃. [Nos ex deo sumꝰ] regenerati [q̄ nouit deum] fide formata charitate [audit nos] acquiescendo doctrine nostre q̄ non est ex deo non audit nos] sꝫ magis abhorreret doctrinam nostram. [In hoc cognoscimus spūm ueritatis ⁊ spūm erroris] id doctorem ⁊ discipulum ueritatis ⁊ doctorem ⁊ discipulum erroris falsi. [Clarissimi] Declarata ueritate de uerbi incarnatōe. hic reuertit̃ ad tractandū de charitate de qua in hoc libro principaliter ītendit ut pꝫ ex ꝓcessu libri. ꝓpter quod tractando de alijs ītermiscet de charitate ad quā inducit hic quadruplici rōne. Prima sumit̃ ex filiatiōe dei quam p charitatem consequimur. nam ipsa diuidit inter filios regni ⁊ perditiōis. ideo dicit [Diligamus nos inuicem] quoniā charitas ex deo est] id ē a deo infusa est [⁊ omnia qui diligit fratrem suum ex deo natus ē [qꝛ charitas est quedam participatio diuine nature in nobis. Et cognoscit] Hic ponitur rō secunda que accipitur ex dei cognitione quam debemus appetere. ⁊ hanc habemus p charitatem. Nam sicut malicia uoluntatis per habitum uiciosum peruertit rōnis iudicium ita ecōuerso bonis eius que est p charitatem causat ī intellectu iudiciū rectum. ꝓpter quod dꝛ prima corinth. secūdo. Animalis homo nō sapit ea que sūt spiritus dei. spūalis autē iudicat omnia. ⁊ hoc est quod dicitur [Et cognoscit deum]. s. habens charitatem [qui nō diligit] dilectione charitatiua [nō nouit deum] id ē noticia meritoria [quoniam deus charitas est] nō est

per hoc intelligendum ꝙ deus ſit charitas mouens immediate uoluntatem humanam ad actuȝ diligendi ſine habitu medio ut ui detur ſentire magiſter ſententiaꝝ in. xvij d. primi libri. quia ſic tolleret ratio delecta bilis ab actu diligendi. nam habitus perfi ciens potentiā facit actum delectabilē quī to ethi. Deus autē nō poteſt eſſe forma p ficiens potentiam uoluntatis create ergo ⁊c̄. ſimiliter ratio meriti. nam ſic in actu diligendi uoluntatis eſſet tantummodo no ta. ⁊ ſic non diligeret libere nec per conſe/ quens meritorie. Jdeo tenet ab omnib⁹ do ctoribus ꝙ deus mouet ipſam uoluntatē ad actum diligendi meritorium per habitum charitatis infuſum ſicut intellectū ad actuȝ credendi per habitum fidei. Eſt igit ſic in telligendum⌊quoniā deus charitas eſt⌋ſci/ licet increata ſicut eſt bonitas ⁊ ſapientia. ad cuius cognitionem rectā inclinat chari tatis habitus ut dictum eſt ſupra. Obie/ ctum enim huius cognitionis non eſt uerū abſolute ſed uerū confeſſe ſe habens appe titui recto. Jdeo ſubtracta dilectione chari tatiua que facit appetitū intellectiuū rectū maxime circa deuȝ non manet talis cogni tio⌊Jn hoc apperuit⌋ Hic ponit tertia ra tio que accipitur ex dei imitatione que eſt ex dilectione dei ad nos⌊miſit filium ſuum in munduȝ⌋. i. in humanitate aſſumpta⌊ut uiuamus per eum⌋uita gratie quaȝ influit nobis ſicut caput influit ſenſum ⁊ motum membris ſuis⌊Sed quoniam prior ipſe di/ lexit nos⌋ diligere enim eſt uelle alicui bo num. quicqd autē boni nature uel gratie uel glorie in nobis eſt uel poteſt eſſe totuȝ eſt a deo agente uoluntarie ⌊ ⁊ miſit fili/ um ſuum propiciationem ⌋ id eſt hoſtiam per quam deus pater nobis propicius red deret ⌊pro peccatis noſtris⌋ſcilicet tollēdis Ex hoc concludit intentum dicens ⌊Cariſ ſimi ⁊c̄⌋⁊ patet littera⌊deum⌋Hic ponitur quarta ratio que accipit ex diuina manſio ne in nobis quā debemus appetere ſumme ⁊ hanc facit charitatiua dilectio non autē uiſio que non habetur in preſenti uita . ⁊ hoc eſt ꝙ dicit ⌊Deum nemo uidit unq̄ȝ⌋ Exo. xxxiij. Non uidebit me homo ⁊ ui/ uet . Dicit tamen augu. ꝙ conceſſum fuit paulo ⁊ moyſi uidere diuinā eſſentiam. ſed hoc fuit in raptu ⁊ tranſitorie ⁊ non man ſiue de qua manſione eſt hic ſermo ut pa

tet ex littera⌊Si diligamus inuicem⌋chari tatiue⌊deus in nobis manet⌋ſicut amatum in amante que quidā manſio eſt aliqualit eadem cum manſione patrie. Nam habit⁹ charitatis non euacuat adueniente ſtatu patrie ſed manet ⁊ perficitur ſed cognitio uie euacuatur⌊⁊ charitas eius in nobis p fecta eſt⌋exponatur ſicut ſupra. ij. ca. ⌊Jn hoc cognoſcimus ⁊c̄. ⌋expōatur ut ſupra in fine capituli precedentis⌊Et nos uidimus⌋ Supra in principio huius capituli tractauit de incarnatōne uerbi Hic confirmat dictā determinationem. ⁊ primo facit propoſituȝ ſecundo inducit ad dilectionis actū ibi De us charitas eſt. determinationeȝ uero ſup poſitam de incarnatione uerbi confirmat per hoc ꝙ conuerſatus fuit cum uerbo in carnato ⁊ opera eius uidit ⁊ hoc eſt ꝙ di cit ⌊Et nos ergo⌋⁊ alij apoſtoli⌊uidimus⌋ uiderunt enim eius humanitatē oculis cor poralibus. ⁊ eius diuinitatem oculis men/ talibus non in ſe ſed in effectibus ſuis ſi/ cut uidetur cauſa in effectu. uiderunt enim eum facientem miracula uirtutē totius na ture create tranſcendentia ⁊ nō ſolum orā do ſicut alij ſancti ſed etiā imperando tāq̄ȝ uirtute propria⌊Et teſtificamur⌋ de uiſu di cto modo⌊quoniam pater miſit filium ſuū⌋ eiuſdem nature ⁊ poteſtatis cum eo ⌊ſalua torem mundi⌋per ſuam paſſionem in hu/ manitate aſſumpta. ideo concludit ⌊quiſq̄s cōfeſſus fuerit⌋corde ⁊ ore confeſſione cha ritatiua⌊quoniam ieſus⌋homo uerus⌊eſt fi lius dei⌋Jta ꝙ idem ē ſuppoſitum utriuſq̄ȝ nature ſcilicet diuine ⁊ humane ⌊deus ī eo manet⌋per gratiā⌊⁊ nos cognouimus⌋uer bum incarnatuȝ modo p̄dicto⌊Et credim⁹ charitati quam habet in nobis⌋. i. ⁊ credi/ mus ipm̄ ſpecialiter habitare nobiſcuȝ per charitatem⌊Deus charitas eſt⌋ Hic indu/ cit ad charitatem ⁊ ut magis moueat. pri mo cōmendat eaȝ. ſecundo ad eam inuitat ibi Nos ergo. Circa primum cōmendat eā de tribus. primo quia facit nos participa/ re deitatem. ⁊ hoc eſt ꝙ dicit⌊Deus chari tas eſt⌋ſcilicet increata⌊ ⁊ qui manet ī cha ritate⌋creata que eſt quedā pticipatio cha ritatis increate que eſt deus ⌊Jn deo ma/ net⌋ſicut participans in participato⌊⁊ de⁹ in eo⌋ſicut participatum in participāte. Se cundo quia contra horrorem futuri iudicij dat ſecuritateȝ. ⁊ hoc eſt ꝙ dicitur⌊Jn hoc

69

est perfecta charitas dei 7c.] Amor enim
facit confidere de presentia amati ideo sub
ditur[quia sicut ille est] scilicet bene faciēs
de celo iustis 7 iniustis [7 nos sum⁹ ī hoc
mundo]pro amore eius amicos 7 inimicos
diligen do secundum q̄ dicit̄ math. quinto.
Diligite inimicos uestros 7c. 7 subdit̄[ut
sitis filij patris uestri qui in celis est]q̄ so
lem oriri facit sup bo. 7 ma. 7 pluit sup iu
stos 7 iniustos. Tertio quia excludit timo
ris seruilitatem. ideo dicit[timor non ī cha
ritate]qd̄ ītelligit̄ de seruili timore 7 īquā
tum seruilis est[sed perfecta charitas foras
mittit timorem]Charitas autē quecūq̄ ex
cludit timorem seruilem. Et ideo quod di/
citur hic charitas perfecta est .i. perfectio
charitatis etiam minime habet timorē ex
cludere[quoniam timor penam habet].i. ti
mori seruili debet̄ pena quia facit cauere
peccatum solummodo ne puniatur non pro
pter detestationem uicij nec propter uitan/
dam offensam dei sicut mulier habens uo/
luntatem adulterandi abstinet aliquando
timens a uiro puniri[qui autem timet]hoc
modo[non est perfectus in charitate].i. nō
habet charitatem ipsum perficientem. Alio
modo exponitur de timore initiali qui facit
cauere peccatum partim propter penam 7
partim propter offensam tamen principali
ter propter offensam dei. 7 hic timor de iin
quantum respicit penam semper minuitur
crescente charitate. Et ideo cum dicitur ti
mor non est in charitate subintelligit̄ per
fecta[Nos ergo]Premissa charitatis com
mendatione Hic consequenter inducit ad
charitatem habendam. 7 primo ad charita
tem dei dicens[Nos ergo diligamus deuz
quoniam deus prior dilexit nos]expōatur
ut supra eodem ca. Consequenter inducit
ad charitatem proximi dicens[Siquis di/
xerit quoniam diligo deum 7 fratrem suū
odit mendax est]quia dilectio proximi in
cludit̄ in dilectione dei. 7 ad hoc īducit ra
tionem dicens[Qui eum nō diligit fratrē
suum quem uidet 7c.]Ad cuius intellectum
sciendum. q̄ dupliciter est aliquid causa di
lectionis. uno modo sicut id quod est ratio
diligendi. Et hoc modo bonum alicuius ē
causa diligendi ipsum. nam unūquodq̄ di
ligit̄ inquantum bonum. Alio modo sicut
id quod est uia quedā ad acquirendum di
lectionem. Et hoc modo uisio[alicuius est

causa dilectionis eius non tamen sic q̄ ea
ratione sit diligibile quia ē uisibile sed q̄r
per uisionez huiusmodi ducitur quis ad di
lectionem eius. igitur non oportet q̄ illud
quod est magis uisibile sit magis diligibi
le uel quod magis diligat̄. sed bene est il/
lud qd̄ prius nobis occurrit ad diligenduz
Et hoc modo arguit apostolus q̄ proxi/
m⁹ eo q̄ est magis nobis cognitus occur/
rit magis diligendus propter quod si ali/
quis proximuz non diligit argui potest q̄
deum nō diligat nō quia proximus sit ma
gis diligendus sed quia nobis primo occur
rit diligendus ut dictuz est. Unde dicit gre
gorius ome. xxxvij. Ex his que anim⁹ no
uit surgit ad incognita que nō nouit ut p
hoc q̄ scit notum diligere discat incogni/
ta amare 7 diligere. 7 sic intelligit̄ quod dr̄
hic[Qui enī non diligit fratrē suum quē
uidet]7 sic occurrit sibi primo diligēdus ra
tione similitudinis in specie. eccle. xiij. Om
ne animal diligit sibi simile 7c.[deum quē
non uidet]7 sic primo non occurrit diligen
dus[quomodo pōt diligere]quasi dicat nō
est probabile quia dilectio proximi est que
dam uia ad dilectionem dei non tamen seq
tur propter hoc q̄ sit maior uel perfectior
sed magis econuerso. naz illud q̄ est prius
in uia generationis est posterius ordine p
fectionis sicut patet de puericia 7 statu ui
rili.[Et hoc mandatum habemus a deo]
Math. xxij. ubi preceptum de dilectione p
ximi cōiūgitur mādato de dilectione dei.

Omnis qui credit]Hec est ter/
tia pars principalis tractatus
huius epistole. In qua tractat
beatus iohānes de eterna uer
bi emanatione. Et diuidit̄ in duas partes
quia primo continuat se predictis immedia
te de dilectione pximi. Secundo tractat de
emanatione uerbi ibi. hec est uictoria. Cir
ca primū dicit[Omnis qui credit]fide cha
ritate formata[quoniam iesus] nazarenus
[christus est] in lege 7 prophetis pmissus
[ex deo natus est][per generationem ba/
ptismalem[7 omnis qui diligit eum qui ge
nuit].i. deuz qui fideles suos filios fecit[di
ligit 7 eum qui natus est ex deo].i. quantū
cunq̄ fidelem aliter non diligeret sufficien
ter deum nisi cum eo diligeret mēbra eius
ideo subdit̄[in hoc cognoscimus quoniam
diligimus]natos dei cum deum diligamus

nam dilectio dei includit dilectionem ꝓximi ut est dictum. sed quia amor dei non ē ociosus. operatur enim magna si est ut dicit gregorius home. xx. ideo subdit̄ ⌊⁊ mā data eius faciamus⌋ probatio enim dilectionis exhibitio est operis ⌊Hec est enim charitas dei⌋.i. hoc exigit dei charitas ⌊ut mā data eius custodiam⁹⌋ corde retinēdo ⁊ ope adimplendo. Et ne aliquis se excuset ꝓpt̄ difficultatem hoc remouet dicens ⌊Et mandata eius grauia non sunt⌋ scilicet amanti nā illa que de natura sui dura sunt ⁊ aspera amor dei ⁊ spes premij facit leuia iō subditur ⌊Quoniam omne qd̄ natum est ex deo⌋ per fidem charitatiue formatam ⌊uincit mundum⌋ id est tentationes diaboli mūdi ⁊ persecutiōes ⌊Et hec⌋ Posita continuatione dictis de dilectione proximi Hic consequenter determinat de emanatione uerbi. ⁊ primo ponitur determinatio. secundo determinationis manifestatio. ibi Et spiritus est. tertio manifestationis intentio ibi Et hoc est testimonium. Circa primum cōtinuando se ad hoc ꝙ dixerat immediate. omne quod natū ē ex deo uincit mundum ostēdit quid sit illud quod facit uincere dicens ⌊⁊ hec est uictoria que uincit mundū⌋ i. facit uincere ⌊fides nostra⌋ de uerbis dei. ideo subditur ⌊qs est autem qui uincit mūdum nisi qui credit⌋ fide formata ⌊quoniaꝫ iesus est filius dei⌋ naturalis ⁊ per consequens eiusdem nature cum eo non identitate specifica quia natura diuina non ē diuisibilis sicut humana sed idemptitate numerali distinctus tamen in persona qꝛ natura non patitur nec ratio ꝙ gingnens ⁊ genitus ab eo sint unum in supposito ⌊hic est⌋ scilicet dei filius eternaliter a patre genitus ⌊qui uenit in mundum⌋ ad nos saluandum ⌊per aquam⌋ baptismalem quia per tactū sue sacratissime carnis in baptismo dedit uim regeneratiuam aquis ⌊⁊ sanguinē⌋ effusum in preciū nostre salutis ⌊Jesus christus⌋ uerus homo uerus deus ⌊non in aqua solū⌋ sicut iohannes baptista cuius baptismus solum lauabat corpora sed non auferebat peccata sicut facit baptismus christi ⌊sꝫ in aqua ⁊ sanguine⌋ id est in baptismo uirtutem regeneratiuam habente ⁊ sanguine ad infinitas animas si essent redimendas sufficiente ⌊Et spiritus est⌋ Hic consequenter̄ ponitur dicte determinationis manifestatō ⁊ est quadruplex non tamen ponuntur hic secundum ordinem temporis. una fuit ꝑ spiritussancti missionem super apostolos in signo uisibili i testimoniū ꝙ iesus ad dexteram patris glorificatus est eius naturalis filius. unus cum ipso deus. Et de hoc testimonio predixit saluator. iohannis. xv. Cuꝫ autem uenerit paraclitus quem ego mittā uobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit ille testimoniuꝫ perhibebit de me ⁊ hoc est ꝙ dicitur ⌊Spirit⁹⌋ scilicet sanctus ⌊est qui testificatur ⌊cuius testimoniuꝫ non potest esse falsum ⌊quoniam christus ē ueritas⌋ .i. dei patris filius qui procedit a patre per modum intellectus. ⁊ sic est eius uerbum. Idem enim est uerbum ⁊ filius ꝓpter hoc illa que pertinent ad intellectum ut ueritas ⁊ sapientia ⁊ huiusmodi appropriantur filio in diuinis ⌊Quoniā tres sūt⌋ Hic ponitur secunda manifestatio que est per apertam uisionem nam ipsa beata trinitas manifestat se beatis quantum ad ꝑsonarum distinctionem ⁊ uerbi emanationem a patre ⁊ spiritus scilicet ab utroqꝫ. ⁊ hoc est ꝙ dicitur ⌊Quoniam tres sunt q̄ testimonium dant in celo⌋ ueritatem manifestando. nam testimonium dare est ueritatē manifestare ⌊Pater⌋ unigenitus ⌊Uerbū⌋ ab eo genitū ⌊⁊ spiritussanctus⌋ procedens a patre ⁊ uerbo ⌊⁊ hi tres unuꝫ sunt⌋ in essentia. ⁊ sic unus deus super omnia gloriosus ⌊Et tres sunt⌋ Hic ponitur tertia manifestatio que est per christi passionem in qua anima christi fuit a corpore seperata ⁊ corpore mortuo fluxerunt sanguis ⁊ aqua iohānis. xix. Dicit igit̄ ⌊⁊ tres sunt qui testimonium dant in terra⌋ ueritatē filij dei manifestando ⌊Spiritus⌋.i. anima christi in qua ad limbū patrum descēdit ⁊ eis se manifestauit ostendendo suam deitatem ⁊ paternalem proprietatem extunc enim deum clare uidebunt propter quod dominus dixit latroni luc. xxiij. Hodie mecum eris ī paradiso ⌊Aqua ⁊ sanguis⌋ que ueritatē manifestant in ecclesie sacramētis habentib⁹ efficaciam ex ipis que quidam sacramenta conferunt̄ in fide ⁊ confessione trinitatis ⌊⁊ tres unum sunt⌋ quia conueniunt in assertione unius ueritatis ⌊Si testimoniuꝫ⌋ Hic ponitur quarta manifestatio que fuit ꝑ sēsibilem uocē nam in baptismo christi ⁊ ei⁹ transfiguratione audita fuit uox sensibilis

70

patris dicentis de christo hic est filius me
us dilectus ⌊Hic singulariter dicitur ꝑ hoc
ostendens ꝙ ipse solus est eius naturalis
filius ⁊ per consequens unus cũ ipso in na
tura ⁊ persona distinctus.ceteri uero q̄ pu
rificantur sunt eius filij adoptiui. Dicitur
ergo ⌊Si testimonium hominum accipi/
mus⌋ accipitur hic si pro quia. nam testi/
monium hominum recepimus tanq̄ꝫ suffi/
ciens in rebus humanis ⌊testimonium dei
maius est⌋id est certius.naꝫ ei non potest
subesse falsum sicut subesse potest testimo/
nio hominum ⁊ per consequens est magis
credibile in rebus diuinis q̄ꝫ testimonium
hominum in humanis⌊ quoniã testificatus
est de filio suo⌋in trãsfiguratione ⁊ baptis
mo ut predictum est⌊Qui credit in filium
dei habet testimonium dei in se⌋id est effe
ctum illius testimonij⌊qui non credit filio⌋
doctrine eius acquiescendo ⌊mendacem fa/
cit eum⌋scilicet deum patrẽ qui dixit testi
ficando.⌊Hic est filius meus dilectus. ⁊ ad
iunxit. Ipsum audite ut habet̃ math.xvij.
Ideo subditur ⌊quia non credit in testimo
nium⌋⁊ patet ex dictis⌊Et hoc est⌋Hic cõ
sequenter ponitur predicte manifestatõnis
intentio.⁊ primo ex p̄te dei testificãtis.se/
cundo ex parte iohannis scribẽtis ibi ⌊Hec
scribo uobis.Circa primũ sciendum ꝙ pre
dicte manifestationis intentio ex parte dei
est ꝙ homines per hoc consequãtur eter/
nam uitam.⁊ hoc est ꝙ dicit̃⌊Et hoc ẽ te
stimonium⌋.i.intentio eius siue finis⌊quo
niam uitam eternam dedit nobis deus⌋Si
enim accipiatur uita beata formaliter que
est uisio ⁊ fruitio diuina. sic dedit eam in
presenti in spe ⁊ in futuro in re ⁊ de p̄sen/
ti illis qui iam sunt in beatitudine. Si aũt
accipiatur uita beata obiectiue sic dei fili⁹
ratione deitatis est ipsa uisio beata prin/
cipaliter. In cuius aspectu beati reficiunt̃ i
terius ⁊ rõne humanitatis secundario in
cuius aspectu reficiunt̃ exterius sicut dicit
aug.super iob. Et sic quodammodo dedit
nobis uitã beatã quoniã ⌊dedit nobis filiũ
suum uerum deum ⁊ uerum homineꝫ.ideo
subdit̃⌊⁊ hec uita ĩ filio suo est⌋scilicet ob
iectiue⌊qui habet filium dei⌋per fideꝫ cha
ritatiue formatam⌊habet uitam⌋scilicꝫ bea
tam in spe. ⁊ si habet filium per uisionem
⁊ fruitioneꝫ habet eaꝫ in re⌊qui nõ habꝫ
dei filium⌋hoc modo uel illo⌊non habet ui

tam consimiliter⌋quia sicut affirmatio seq
tur ad affirmationem ita negatio ad ne/
gationem⌊hec scribo⌋Hic consequent̃ po/
nitur intentio iohannis scribentis.⁊ primo
quantum ad bonuꝫ habendũ.secundo quã
tum ad iam habitum. ibi Scimus quia pri
ma in duas secundum duplex bonum con/
sequendum.secunda ibi Et hic est. Circa p̄
mum sciendum ꝙ uoluntas beati iohãnis
conformis erat uoluntati dei testificãtis. ⁊
ideo intendebat ꝙ illi quibus scribebat ꝑ
hoc uitaꝫ beatam consequerent̃.ideo dicit
⌊Hec scribo uobis ut sciatis quoniam uitã
eternaꝫ habebitis qui creditis⌋fide per di
lectioneꝫ operante⌊in nomine filij dei⌋si ta
men perseueretis⌊Et hec est fiducia⌋ Hic
ponit secundum bonum consequendum sci
licet orationum suarum effectum. ⁊ primo
illud ponit. Secundo circa hoc quandaꝫ di
stinctionem facit ibi qui scit. Circa primuꝫ
dicit⌊⁊ hec est fiducia quaꝫ habemus ad de
um⌋scilicet ad dei filiuꝫ⌊quia quodcunq̄ꝫ pe
tierimus secundum uoluntateꝫ eius⌋scilicet
beneplaciti ⌊audiet nos⌋non tamen semper
statim sed tempore cõpetenti ⌊⁊ scimus q͛
audit nos quicquid petierimus⌋qď est ĩtel
ligendum quando petitio est pia pro se ⁊ ꝑ
seuer ans. His enim concurrentibus semꝑ
exauditur.⁊ sic est intelligendum ꝙ subdi
tur⌊scimus ⁊c.⌋quia repetitio est eiusdem
ad maiorem assertioneꝫ⌊Qui scit⌋Hic con
sequenter circa petitionem pro peccatorib⁹
facit quandaꝫ dinctionem dicens⌊Qui scit
fratrem suum peccare peccatũ non ad mor
tem⌋.i.excludendo in penitentiam finalem
qua quis moritur ⁊ in peccato mortali pec
cat⌊petat orando⌋pro eo⌊⁊ dabitur ei uita
scilicet gratie⌋quia talis peccator in gratia
morietur de quo hoc scitur tamẽ ꝙ sit pec
cator non ad morteꝫ sciri non potest nisi ꝑ
diuinam reuelationem⌊est peccatũ ad mor
tem⌋ scilicet finalis impenitentia qua quis
in peccato mortali moritur⌊non pro illo di
co ut rogat quis⌋quia non est orandum ꝓ
damnatis. Et si ipso uiuente sciret̃ ꝙ esseꝫ
de prescitis similiter non eẽt pro eo oran/
dum ut penam eternam euaderet prout⁹ di
cunt aliqui. Posset tamen orari pro eo ut
minus peccaret ⁊ per cõsequens minus pu
niretur in inferno. Sed quia hoc nescitur
quia quilibet peccator quãdiu uiuit põt re/
dire ad gratiã. Ideo ꝓ omnib⁹ peccatorib⁹

adhuc uiuentibus est orandum[Omnis in
iquitas] .i. transgressio diuinorū preceptoꝝ
rum que continent equitatem iusticie[pec/
catum est]mortale[⁊ est peccatum ad mor/
tem]siquis in eo perseueret usq; ad finem
uite inclusiue[Scimus] Hic ponitur inten/
tio beati ioh. circa bonum iam habitum ⁊
est duplex. secunduz ponitur ibi Et scim⁹
Intentio uero beati iohannis est assecura
re filios dei per adoptionem de uitatione
peccati mortalis si uoluerint per donū gra
tie quod iam habent. ideo dicit[Scimus q̄
omnis qui natus est ex deo] per gratiam
baptismalem[non peccat]quādiu in ea stat
et intelligit de peccato mortali qd non po
test stare cum gratia [Sed generatio dei]
.i. ipa gratia per quam constituit in quodā
esse diuino supernaturali [conseruat eum]
quantum est de se ⁊ malignus non tanget
illum]inducendo ad mortale peccatum nisi
uoluntarie declinet a statu gratie subijciē
do se maligno .per peccatum mortale ex li
bera arbitrij defectibilitate [Scimus quo/
niā ex deo sumus] Si hoc referatur ad apo
stolos qui erant in gratia confirmati ⁊ de
hoc per reuelationem certificati. Istud po
terant scire per certitudinem. [Si autez re
feratur ad alios iustos est per probabilem
coniecturam sicut dictum est supra [⁊ mun
dus totus] .i. homines in delectabilib⁹ mū
di finem suum ponentes[in maligno]scilicz
in malo igne cōcupiscētie [positus est. Sci
mus] Hic ponitur secundum bonum habi
tum scilicet dei cognitio cum dicitur[⁊ sci/
mus quoniam filius dei uenit]in mundum
[⁊ dedit nobis sensum ut cognoscimus ue
rum deum]hoc enim dedit apostolis quan
do aperuit illis sensuz ut intelligerēt scri/
pturas luc. ultimo. Alijs autem fidelib⁹ dat
sensum cognoscendi deum per fidem quaz
habens scit se habere illam saltē illaz que
est ex auditu quāuis nesciat se habere cha
ritatem[⁊ scimus etiam in uero filio eius]
ei adherentes per fidem. Apostoli uero co
gnouerunt se esse in eo per fidem charita
te formatam ⁊ hoc certitudinalit. Alij ue/
ro iusti coniecturaliter[hic est uerus deus]
scilicet filius qui est unus deus cū patre. In
hoc excluditur error omnium negantium
christi uerā deitatem[⁊ uita eterna]scilicet
obiectiue ut predictū est eodē ca. Ultimo di
cit[filioli custodite uos a simulachris] .i. a
cultu idolatrie per hoc insinuans q̄ diligē
ter studeāt in cultu unius ueri dei insepa/
biliter permanere[Amen]hoc dicitur ad p̄
cedentium confirmationem.

Epistola secunda iohannis.

Senior electe domine] Post
q̄ꝫ beatus iohannes in epi/
stola prima instruxit fide/
les generaliter. Hic conse/
quenter in duabus epistolis
instruit aliquas personas specialiter. Diui
ditur autem hec epistola in tres ptes scili
licet salutationem prosecutionē ⁊ conclusio
nem. secunda ibi Gauisus sum. tertia ibi
Plura habēs scribere. In prima parte no
tatur primo persona salutans cum dicitur
[Senior] ⁊ hoc ratōne etatis prouecte ⁊ sta
tus seu officij. illi enim qui tunc regebāt ec
clesias senes uel seniores dicebant ratione
discretionis ⁊ maturitatis in moribus. In
ter rectores uero ecclesiaꝝ qui tunc erant
in asia iohānes erat pricipalior. ideo dr̄ hic
[senior]secundo notant persone salutate cū
dicitur[electe domine ⁊ natis eius]erat enī
magua ⁊ nobilis domina nomie electa ha
bens prolem ⁊ familiam fidelē ⁊ ministros
ecclesie sustentabat[quos ego diligo in ue
ritate] .i. charitatiua dilectione absq; falla
cia ⁊ simulatione[⁊ nō ego solus sed ⁊ om
nes qui cognouerunt ueritatem] .i. omnes
fideles qui cognouerunt christum qui est
ipa ueritas[propter ueritatem]scilicet fidei
⁊ bone uite[que permanet in uobis]p gra
tiam[⁊ uobiscuz erat in eternū]per gloriā
que est gratia consūmata. tertio ponuntur
optata bona cum dicitur[sit uobiscum gra
tia]iustificans[minima]penam peccatis pre
teritis debitaz relaxans[⁊ pax] .i. est eter
na beatitudo appetitum totaliter quietans
[a deo patre]a quo sunt ista bona[⁊ a ie/
su christo filio patris in charitate]p quam
intelligit spiritussactus cui charitas appro
priat . ⁊ sic tres persone exprimunt eo q̄
indiuisa sunt opera trinitatis. Aliter etiaz
pōt dici q̄ per expressionem patris ⁊ filij
subintelligit spiritussanctus qui est ambo
rum nexus. ⁊ cum subditur [in ueritate ⁊
charitate]supplendum est ut proficiatis in
charitate ⁊ ueritate. i. in dilectione ⁊ eius
cognitione[Gauisus suz] Finita salutatio
ne hic incipit psecutio in qua pmū hortat
dn̄am predictam ⁊ eius domum ad bonum

71

prosequendum. secundo ad malum precauē
dum ibi [Quoniam multi. Circa primum
sciendum q̄ uirtus laudata crescit. Ideo be
atus iohannes ut incitet ad proficiendum
in futuro laudat bonum de preterito dicēs
congratulando [Gauisus sum ualde ī do/
mino quoniam inueni de filijs tuis ambu/
lātes].i. pficientes [in ueritate]fidei ⁊ mo/
rum [sicut mandatum accepimus a patre]
i. christo qui est pater omnium christianoꝝ
Consequenter inducit ad proficiendum in
melius dicens [⁊ nunc rogo te domina] de
profectu in mandato dilectionis in qua to
ta lex impletur Ro. xiij. Plenitudo legis ē
dilectio [non tanq̄ꝫ mandatū nouum ⁊c.]
quia sicut dictum est supra. ij. ca. Mandatū
de dilectione est de dictamine legis natura
lis. ⁊ sic a principio conditionis humane ⁊
de lege mosaica ⁊ sic est ab initio legis da
te. Et renouatuꝫ est in lege noua ⁊ sic ab
initio legis euangelice [ut diligamus alter
utrum]in deo ⁊ propter deum [⁊ hec ē cha
ritas ut ambulemus]semper proficiēdo [se
cundum mandata eius] ea opere adimplen
do [hoc est enim mandatum]scilicet dilectio
nis dei ⁊ proximi in quo implicite continē
tur omnia mandata que sunt quedam ex/
plicationes mandati dilectionis [ut quēad/
modum audistis ab initio]uestre cōuersio
nis [in eo ambuletis]semp pficiendo [Quo
niam multi]Hic consequenter inducit ad p̄
cauendum malum. ⁊ primo ostendit ipsuꝫ ⁊
inducit ad cauendum. secundo tradit cauen
di modum ibi Si quis. Circa primum dicit
[quoniam multi seductores] quasi dicat ad
hoc moui uos in bono proficere quia multi
seductores inducunt ad contrarium a qui/
bus est cauenduꝫ ⁊ qui sunt illi subdit [q
non confitentur iesum christum uenisse in
carne].i. ipm esse uerum deum ab eterno
⁊ hominēꝫ in tempore. Sicut sunt iudei ob
stinati ⁊ heretici peruerse sentiētes de chri
sto [hic est seductor]qui sic de eo peruerse
sentit [⁊ antichristus]in figura licet non in
persona [Uidete uosmetipsos].i. diligenter
considerate ⁊ cauete [ne perdatis] oīa ope/
ra bona [que operati estis]nam perduntur
per corruptionem heresis [sed]supple sic [in
bono perseueretis [ut mercedeꝫ plenam ac
cipiatis] in patria ubi totaliter saciatur ap/
petitus [Omnis qui recedit].i. qui primo
bene incedit per uiam iusticie [⁊ non pma/
bet refulgere sapientie claritas que ꝑ au
rum frequenter in sacra scriptura designa
tur [⁊ de throno] scilicet dei [procedebãt ful
gura ⁊ voces ⁊ tonitrua]. i. chorușcatio mi
raculorum ⁊ denũciatio premiorum pro bo
nis operibus. ⁊ terror suppliciorum ꝓ ma
lis. Ista vero tria in ꝑmatiua ecclesia ⁊ pꝰ
temporibus multis concedebantᷣ a deo ec/
clesie prelatis [⁊ septem lampades ardẽtes
ante thronum] scilicet dei [que sunt septem
spiritus dei] ⁊ exponendo quid per lampa
des septẽ intelligatᷣ aperit aliqualiter ad
alia capienda. dicuntur autem hic septẽ spi
ritus dei septem dona spiritussancti para/
ta dari disponentibus se. Ideo dicuntᷣ ante
dei thronum esse vel per septẽ spiritus in
telligitur vniuersitas sanctorum angelorũ
parata ad dei beneplacitum exequendũ se
cundũ illud hebreo. primo Omnes admini
stratorij spiritus sunt ⁊c̃. qui dicũtur lãpa
des ardentes quia illminant ⁊ accendũt fi
deles ad cognitionem ⁊ amorem celestium
[⁊ in conspectu sedis tanq̃ȝ mare vitreuz]
i. baptismi sacarmentum [similex cristallo]
quia non est mobile vel fluidũ sed impri/
mit characterez indelibilem propter quod
non est reiterabile [⁊ in medio sedis ⁊ ĩ cir
cuitu sedis. iiij. animalia]. i. iiij. euangeliste
ut dicunt aliqui sed littera sequens videtᷣ ĩ
aliquo dissonare vbi dicitur Et animal ꝑ
mum simile leoni. ⁊ tertiũ aĩal habens faci
em quasi hominis. nam per faciem homi/
nis intelligitᷣ matheus. ut dictũ fuit supra ĩ
principio euangelistarũ. ⁊ in hoc concordãt
sancti ⁊ doctores. Matheꝰ vero nõ est ter
tius ĩ ordine euãgelistaꝝ sȝ primꝰ. et ꝑmũ
scripsit euãgeliũ vt dicit hiero. ĩ ꝓlogo sup

83

Math. ideo videntur alij ꝓbabilius dicere scilicet per quattuor animalia intelligunt quatuor patriarchales ecclesie quarum prima est hierosolymitana nam ibi incepit ecclesia ⁊ assimilatur leoni propter constātiā ibi existētiū ut p3 de petro ⁊ iohāne. act. v. qui constanter dixerunt principibus iudeorū Obedire deo oportet magis q̈3 hominibus. ⁊ iter Si melius est inconspectu dei uos potius audire q̈3 deu3 iudicate. nō enī nos possumus que audiuimus ⁊ uidim⁹ nō loqui. Secunda est antiochena que assimilatur uitulo quia fuit parata obedire mandatis apostolorum in hierusalem existentium ut patet act. xv. ⁊ quia primo in ea vocati sunt discipuli christiani act. xi. Tertia est alexandrina que assimilatur homini. nam in ea a principio fuerunt doctores docti nō solum in litteris diuinis sed etiam humanis ut phericheus philosophus ⁊ athanasius ⁊ plures alij. Quarta est constantinopolitana que assimilatur aquile uolāti. nā in ea fuerunt uiri per contēplationem eleuati ut gregorius nazanzen⁹ ⁊ plures alij ⌊⁊ quattuor animalia singula eorum habebāt alas senas⌋ Ala prima est lex naturalis secunda lex mosaica. iij.ᵃ prophetarum oracula. quarta euangelium consiliorum. v.ᵃ doctrina apostolorum. vj.ᵃ statuta generalium conciliorum. Jstis enim alis sex uiri ecclesiastici debent ascendere sursum per contemplationem diuinorum ⁊ descendere deorsu3 ad edificationem proximorum ⁊ volare ad dexteram per gratiaꝝ actionem in prosperis ⁊ ad sinistram per patientiā in aduersis ⌊⁊ in circuitu ⁊ intus plena sunt oculis⌋ considerādo presentia preterita ⁊ futura ⌊⁊ requiem non habebant⌋ Hic consequenter ostenditur dei maiestas ex obsequio reuerenti. ⁊ primo in patriarchalibus ecclesijs cum dicitur ⌊⁊ requiem non habebant⌋ scilicet quattuor animalia q̈ttuor patriarchales ecclesias signantia ⌊die ac nocte dicētia sanctus ⁊c.⌋ nam in illis ecclesijs primo valde deuote celebratum fuit diuinum officiu3 diurnum pariter ⁊ nocturnum. Et ponit hic ter sanctus ad designandum trinitate3 personarū. ⁊ subditur ⌊dominus deus omnipotens ad designandum unitatem essentie. nam tres persone sunt unus deus ⁊ dominus omnipotens ⌊qui est ⁊ qui erat ⁊ q̄ venturus est⌋ per hoc exprimit eius eternitas que non apprehenditur a nobis nisi per comparationem ad differentias temporis ut supra dictu3 est primo ca. ⌊⁊ cū darent⌋ describitur obsequium diuine laudis quantum ad alias cathedrales ecclesias p orbe3 constitutas que in diuinis officijs celebrandis sequi debent ordinatione3 quattuor ecclesiarum patriarchalium cum ecclesia tamen romana que principalis ⁊ caput est omnium. ⁊ hoc est q̄ dicitur ⌊⁊ cum darent illa animalia gloria3 ⁊ honorem ⁊ benedictionem⌋ ei seruiendo ⁊ ip̄m collaudando in pluribus modis officiorū ⁊ ministrationibus sacramentorū ⌊precedebant. xxiiij seniores⌋. i. alie cathedrales ecclesie se eis conformantes ⌊⁊ mittebāt coronas suas ante thronum⌋ in signum reuerentie per hoc confitentes q̄ habent a deo claritatem uirtutis ⁊ sapientie q̄ per coronas aureas designant ut dictum est supra ⌊dicentes dign⁹ es domine deus noster accipere gloriā ⁊c.⌋ non est per hoc intelligendum q̄ deus accipiat aliq̄d de nouo vł q̄ ei aliq̄d accrescat ex operibus ⁊ laudibus humanis s3 q̄ homines ex beneficijs ab eo receptis tenent assurgere ad laudandum ⁊ glorificandū excellentiā eterne sue maiestatis ⌊quia tu creasti omnia⌋ de nihilo producēdo ⌊⁊ propter uoluntate3 tuam erant⌋ in dispositione tua ab eterno antequam crearentur sicut domus materialis antequā sit in effectu preexistit in dispositione artificis. ⁊ secundum hoc dicitur vij. metha. q̄ domus in materia fit a domo que est in anima. omnia uero creata se habent ad deum sicut artificia ad artificem Sap̄. vij. ca. Omniu3 enim est artifex omnem habens uirtutem ⁊c ⌊⁊ creata sunt⌋ id est producta in effectu in tēpopore. ⁊ hoc ex diuina uoluntate non ex nature necessitate.

Et vidi in dextera sedētis ⁊c⌋ Hic consequenter describitur dignitas christi hominis reuelationem accipientis. Circa quā premittitur profunditas diuini secreti. secūdo difficultas aperiendi. ibi Et uidi. Tertio infertur dignitas christi. ibi Et unus. Circa primum dicitur ⌊Et uidi in dextra sedentis super thronū⌋ Jste sedens est deus trinus ⁊ vn⁹ vt dictū est ⌊librū⌋ liber iste est diuina scientia in qua omnia sunt scripta

Sciendum tamen ꝙ in deo ponitur duplex
scientia uel potius una duplici modo dicta
scilicet scientia simplicis noticie que se ex/
tendit ad omnia possibilia que nunꝙ fue/
runt nec erunt. ⁊ scientia uisionis que re/
spicit existentia pro quacunꝫ differentia
temporis scilicet preteriti uel presentis uel
futuri. Et ista sunt in uirtute dei operati/
ua inquantum operatur in aliquo tempore
Talia uero sunt illa que reuelata sunt ho
mini christo ⁊ ab eo Johāni apostolo. Uir
tus vero dei operatiua metaphorice dicit̃
manus eius dextera. quia per manum de/
xteram operamur ⁊ ideo liber qui dicitur
dei noticia de dispositis ab eo fieri conue/
nienter dicitur esse in dextera manu dei
[signatum] signatio ista designat clausio/
nē diuine scientie de dispositis ab eo fieri
quousꝫ sint ab eo reuelata fieri uel in ef
fectu producta [sigillis septem] .i. omnimo/
dis obscuritatibus ut exponunt aliqui. Et
secundum hoc ponitur hic numerus deter
minatus pro indeterminato scilicet septena
rius pro obscuritatum multitudine sicut di
cit gregorius home. xxv. Maria ergo se
ptez demonia habuit que uniuersis uicijs
plena fuit. Sed hoc dictum non bene conso
nat his que sequuntur ca. vi. de aperitione
sigillorum procedendo a primo sigillo usꝫ
ad septimuz determinate. Ex quo patet ꝙ
septenarius sigillorum non ponitur ibi pro
indeterminata multitudine obscuritatum.
Ideo uidetur melius dicendū ꝙ sigilla ista
non sunt aliud nisi dei uoluntas claudens
⁊ aperiens suum secretuz prout ⁊ quando
⁊ quomodo sibi placet que licet sit una in
se dicitur tamen multiplex ad uarios effe
ctus relata secunduz illud psal. cx. Magna
opera domini exquisita ī omnes uolūtates
eius. Septenarius igitur sigillorum est se/
ptenarius reuelationis diuine uolūtatis ad
reuelanda Johanni distincta reuelationibꝰ
septem uel fienda in septē temporibus [Et
uidi] Hic consequenter describitur difficul
tas aperiendi cum dicitur [Et uidi angelū
fortem] iste uidetur fuisse gabriel qui inter
pretatur fortitudo dei [quis est dignus ape
rire librum] .i. manifestare dei secretum [⁊
soluere signacula eius] .i. sigillatim ostende
re qualiter singula de quibus dicet̃ proce
dunt ex diuina uoluntate [⁊ nemo poterat
in celo] quantū ad angelos [neꝫ in terra]
quantum ad homines [neꝫ subtus terraz]
quantum ad demones in quibus remanse
runt naturalia integra [aperire librum] qꝛ
nullus istorum potest ad secreta diuina at/
tingere nisi deo reuelante qui primo reue
lauit christo homini ⁊ christus Johanni [⁊
ego flebam multum] per hunc fletum desi
gnatur Johannis desiderium sciendo eccle
sie futurum processum [Et unꝰ] Hic conse
quenter infertur dignitas christi qui solus
inuentus est dignus dicta secreta primo ac
cipere ⁊ alijs per Johannē nunciare cuz di
citur [⁊ unus de senioribus dixit mihi] con
solando me desiderij mei impletione. quis
autem erat iste senior non dicitur. ⁊ dicunt
aliqui ꝙ fuit matheus euāgelista qui dixit
in persona christi math. vltimo. Data ē mi
hi omnis potestas in celo ⁊ in terra. ideo
dicit̃ [ecce uicit leo de tribu iuda ⁊c.] nam
christus victor fuit in sua resurrectione.
Sed quicquid sit de veritate: ratio tamen
non videtur valere quia Johannes non ac
cepit hanc notitiam per mathei scripturā
sed per reuelationem specialem. Est autez
dictum supra ꝙ per seniores intelliguntur
ecclesie prelati. Et ideo uidetur melius ꝙ
iste senior fuerit petrus. ⁊ dicitur unus id
est primus inter apostolos eo modo loquen
di quo dicitur gen̄ primo. Factum est ue/
spere ⁊ mane dies unus id est primus. tran
sierat enim iam beatus petrus per marty
rium ad gloriam quia sub nerone passus
fuit. Johannes autem postea tempore domi
ciani hanc renelationem accepit. ⁊ sic ani/
ma petri assistens christo uel aliqua effigi
es petrum representans dixit Johanni [ui
de ne fleueris ⁊c. Radix dauid] .i. de radi
ce dauid descendens secundum carnem se/
cendum ꝙ predixerat esa. xi. Egredietur
uirga de radice iesse ⁊c. [aperire librum]
i. manifestare ecclesie decursum a deo pre/
ordinatuz [⁊ uidi ⁊ ecce in medio throni ⁊c
agnū stantē tāꝙ occisū] .i. christuz ī medio
ecclesiarum per orbem in nomine eius con
stitutarum sicut ipse dicit math. ultimo. Ec
ce ego uobiscuz sum omnibus diebus usꝫ
ad consummationem seculi qui sicut dictus
est leo ratione resurrectionis ita dicit̃ hic
agnus ratione imolationis. propter quod
etiā dicit̃ stans quia resurrexit ad uitā im
mortalē. ro. vij. Christꝰ resurgēs a mortu
is iā nō morit̃ ⁊ tanꝙ occisus qꝛ quotidie

84

in ecclesia imolatur non secunduȝ carnem.
quia resurrexit ad uitam immortalem ut
dictum est. sed secundum effectum ⁊ repre/
sentationem. quia per oblationem euchari
stie cōmunicatur nobis effectus sue passio
nis. Ipsa etiam est similitudo representati
ua ipius secundum ꝙ dicitur luc. xxij. Hoc
facite in meam cōmemorationem. Illud enī
qđ representat aliquid notat̃ nomine ipius
sicut imago petri nominat̃ petrus. ⁊ eadē
ratione eucharistia agnus imolatus. ⁊ ad
hoc designanduȝ non dicitur hic agnus oc
cisus simpliciter sed tanꝙ̄ occisus ⌊haben/
tem cornua septem⌋. i. potestates. ⁊ ideo de
signatur per septem spiritus. quia septem
dona sanctispiritus sunt quasi septem cor/
nua siue potestates ad reprimendum uirtu
tem inimici⌊missi in omnē terrā⌋quia chri
stus paratus est dare dona sanctispiritus
omni homini ad ea se debite disponenti ⌊⁊
uenit ⁊ accepit de dextra sedentis in thro/
no librum⌋non est per hoc intelligendū ꝙ
christus tunc acceperit noticiaȝ de processu
ecclesie. nam anima christi ab instanti sue
creationis diuinitati coniuncta habuit no/
ticiaȝ omniū que deus cognoscit scientia ui
sionis inter que est processus ecclesie ut pa
tet ex predictis. ⁊ ideo per hoc ꝙ Johānes
uidit accipere eum librum designatur acce
ptio noticie a pncipio creatōnis anime chri
sti sed de nouo Johanni reuelande ⁊ p eū
uniuersali ecclesie. ⌊Et cū aperuisset⌋ Hic
consequenter describitur assistentium chri
sto iocunditas. ⁊ primo sibi assistentium in
ecclesia militante. secundo in triumphante.
ibi Et uidi ⁊ audiui. Circa primum dicitur
⌊⁊ cum aperuisset librum⌋ ad reuelandum
ecclesie processū⌊quattuor animalia⌋. i. quat
tuor ecclesie patriarchales⌊⁊ uigitiquatuor
seniores⌋ id ē uniuerse cathedrales ecclesie
per orbem diffuse ⁊ per hoc etiam subintel
liguntur alie ab eis constitute⌊Ceciderunt
coram agno⌋nam ex hoc habuerunt mate
riam uenerandi ipm ⌊habentes singuli ci/
tharas ⁊c.⌋qđ exponitur cum subditur⌊q̄
sunt orationes sanctorum⌋metaphorice. Et
per hoc ⁊ similia aperit̃ aliquo modo uia
ad exponendum reliqua ut predictum est
⌊⁊ cantabant canticum nouum⌋. i. pertinēs
ad nouum testamentuȝ⌊dignus es domine
deus ⁊c.⌋⁊ patet ex supradictis sententia
⌊quoniam occisus es⌋meritū precedit illud
quod cadit sub merito ppter qđ acceptio
noticie processus ecclesie que precessit mor/
tem christi ut dictum est non cecidit sub me
rito ipsius sicut nec gloria anime christi.
Sed gloria corporis que secuta est bene ce
cidit. meruit enim sui corporis glorificatio/
nem ⁊ exaltationem. ⁊ eodem modo potest
dici de reuelatione dicti processus facta Jo
hanni ⁊ per eum uniuersali ecclesie ad de
clarationem bonitatis ⁊ maiestatis christi.
Nam hec reuelatio facta est post passionē
⌊ex omni tribu ⁊c.⌋nā ecclesia est ex omni
bus gentibus collecta⌊⁊ fecisti nos deo no
stro regnuȝ⌋. i. regni eiꝰ pticipes⌊⁊ sacerdo
tes⌋hostias laudis deo offerētes⌊⁊ regna/
bimus super terram⌋ non dicitur in terra
ubi sancti conculcantur. Sed super terram
idest in celo ubi sancti cum christo dominā
tur⌊Et uidi⌋Hic consequent̃ ponitur iocū
ditas assistentium christo in ecclesia trium
phante cum dicitur⌊⁊ uidi ⁊ audiui uocem
angelorum multorum ⁊c.⌋In hoc notatur
ipsorum multitudo maxima secunduȝ illud
Job. xxv. nunquid est numerꝰ militum eiꝰ
⁊ idem designatur in hoc ꝙ subdit̃⌊⁊ erat
numerus eoꝝ milia milium⌋sicut enim cor
pora celestia totam regionem elementareȝ
excedunt quasi incōpabiliter in quantita/
te continua. Sic angeli omnia corporalia in
quantitate discreta accipiendo quantitateȝ
discretam pro qualibet multitudine nume/
rabili uel numerata ⌊dignus est agnꝰ qui
occisus est accipere uirtutem ⁊ diuinitateȝ
⁊c.⌋omnia ista habuit uel saltem plura an
te passionem. quod dico propter gloriā cor
poris ⁊ huiusmodi que secuta sunt. ⁊ iō ac/
ceptio taliuȝ hic accipit̃ pro manifestatione
eorum ad laudem ⁊ honorem nominis chri
sti. Et consequent̃ ponitur laus christi in
omnibus creaturis cum dicitur ⌊⁊ omnem
creaturam que in celo est⌋ quantum ad ho
mines qui iā sunt in patria ⌊⁊ ī terra⌋quā
tum ad existentes adhuc in uia⌊⁊ que sub
tus terrram ⁊c.⌋nam omnes creature ⁊ ir
rationales ⁊ uita carentes dicuntur ⌊lauda
re christum inquantum sunt materia ⁊ oc
casio laudandi ipsuȝ. quia intellectuales cre
ature per eas ascendunt ad cognoscendum
deum. ⁊ per consequens ad ipsum laudan/
dum ⁊ glorificandum. Cetera que sequunt̃
patent ex predictis.

[E]T uidi ꝙ apuisset ⌋Postq̄ȝ descript⁹ ē mod⁹ ⌊diuine reuelationis ⌊Hic ꝯsequent̄ describit̄ decursus ipletionis.⁊ hoc sub.vij. sigilloꝝ aperitionibus quib⁹ sigillis liber dicebatur signatus. Et ideo secundū septē sigilla diuiditur in septē partes que patēt in lr̄a. Igit̄ in prima parte dicit⌊⁊ uidi ꝙ aperuisset agnus unuȝ de septē sigillis⌋ scilicet primum eo modo loquendi quo dicit̄ gen̄ primo.⁊ factū est uespere ⁊ mane dies unus.i.primus.Unde ⁊ consequent̄ ibi dicitur.factū est uespere ⁊ mane dies secūd⁹ ⁊ sic consequenter usq̄ȝ ad septimū. Eodeȝ modo consequenter hic describitur aperitio secundi sigilli ⁊ tertij usq̄ȝ ad septimuȝ ⌊⁊ audiui unuȝ de quattuor animalibus⌋.i. primū eadē rōne qua ⁊ de sigillis dictū est Nam consequenter agitur de alijs tribus animalib⁹⁊ secundū illos qui per animalia dicunt signari quattuor euangelistas. Iste fuit marcus in similitudine leonis designatus que similitudo ponitur prima supra ca. quarto.Sed quoniā illud dictum non consonat ordini euangelistarū in quo mathe⁹ ponit̄ primus ⁊ marcus secundus.iō dixi supra ca.quarto.ꝙ ꝑ quattuor animalia quatuor patriarchales ecclesie designant̄.⁊ sic habeo consequenter dicere ꝙ ille q̄ per primū animal designat̄ fuit patriarcha prime ecclesie patriarchalis.s. hierosolymitane q̄ fuit btūs iacob⁹ appellatus fr̄ dn̄i eo ꝙ fuit similimus sibi ⁊ ante iam transierat ꝑ gladiū sub nerone ut patet per iosephū.xx.libro antiquitatū.Hec autem reuelatio facta fuit Johāni tp̄e domiciani⌊Ueni ⁊ uide⌋de cursum ecclesie primitiue⌊⁊ ecce equus albus⌋ꝑ quē ut dicūt expositores aliqui designatur Gaius imp̄ator q̄ successit ī mediate tiberio sub quo passus christ⁹ fuerat Et designat̄ per equū albū eo ꝙ non fuit christianis molestus sed magis cōsolabilis Nā pilatū misit in exiliū q̄ christū inique iudicauit.⁊ similiter herodē qui decollauerat Johannē ⁊ christū in passione spreuerat.luc.xxxiij.ideo subdit̄⌊⁊ exiuit uincēs ut uinceret⌋.s.aduersarios christi ut dictū ē.Sed hoc nō uidet̄ mihi cōuenienter dictū Nā iste gaius in tantū fuit elat⁹ ⁊ peruersus ꝙ per orbē misit statuā suā ut in illa adoraret̄ ut deus. ⁊ quia habitātes ī iudea renuentes hec facere. misit petroniū cū exercitu in iudeā ut in templo poneret dictaȝ statuā ⁊ renuentes interficeret ut dicit Josephus libris antiquitatū ⁊ de iudaico bello.tamen petronius nō dedit hoc executioni quia Gaius fuit morte p̄uentus. Et in illo uero tēpore apostoli ⁊ alij christiani habitabāt in hierusalē ⁊ iudea. ⁊ sic patet ꝙ Gaius non fuit eis cōsolabilis sed magis horribilis eo ꝙ pre ceteris habitatoribus iudee horridū erat eis mandatū Gai de dicta adoratione.licet autē ip̄e miserit in exilium herodē ⁊ pilatū.hoc tamē non fuit ꝓpter christū sed pro alijs causis totalit̄ desperatis ut refert Josephus quas cā breuitatis omitto.Similit̄ quod subdit̄.Exiuit uincens ut uinceret nō uidet̄ sibi conueniēter applicari q̄ȝ rome fuit turpiter interfectus propter suas malicias ⁊ uxor ei⁹ gladio confossa ⁊ eius unica filia parieti allisa ꝓpter quod uident̄ alij melius dicere.s.ꝙ per equum albuȝ intelligat̄ cetus apostolorū dealbatus sanctitate uite. ⁊ q̄ȝ beat⁹ Jacob⁹ hierosolymitane ecclesie episcopus ut dicit Hieronimus in libro illustriū uirorū dicit̄ usus fuisse tunc nō uestibus laneis sȝ lineis ⁊ per consequens albis. ⁊ idem estimari pōt probabiliter de alijs apostolis.unde ⁊ machametus uocat eos uiros dealbatos.Per sedentē sup equum illū intelligit̄ christus sessor ⁊ ductor eoꝝ secundum illud Ro.viij.Qui spiritu dei agunt̄ hi filij dei sunt.et secundū hoc sic est littera exponēda⌊Et ecce equus albus⌋.s.apostoloꝝ senatus⌊et qui sedebat super eū.s.christus habebat arcū in manu sua⌋.i.uerbū predicationis.quia cepit facere ⁊ docere. actuuȝ primo.⁊ sic fecerunt apostoli ꝑ instinctuȝ ⁊ ducatū ip̄ius⌊⁊ data ē ei corona⌋in sua resurrectione ⁊ ascensione⌊⁊ exiuit⌋ꝑ effectū suum dando apostolis in signo uisibili spiritū sanctū⌊uincēs⌋aduersarios suos in iudea primo.Nā eadē die cōuersi sunt ad eū predicante petro tria milia.act.secundo.Et altera die.v.milia act.tertio⌊ut uinceret ꝑ totum orbē subijciendo sue fidei iugo colla gentiū. Nā in breui tēpore ꝑ predicationē apostoloꝝ ⁊ alioꝝ christi discipuloꝝ christo cooperante ⁊ sermonem eoꝝ signis sequētib⁹ confirmante Marci ultimo p̄dicatū fuit euēgeliū. Nā uiuēte adhuc beato petro fides catholica diffusa fuit usq̄ȝ ad fines terre habitabilis prout declaraui sup illud

85

psal xviij. Jn omnem terram exiuit sonus
eorum ꝛc. ⁊ sup epistolam Ro. x. capit. [⁊
cū aperuisset] Hec ē secūda pars in qua de
scribitur status ecclesie a tempore neronis
usq; ad titum impatorē cū dicitur [Audiui
secundū animal] secūdū predicta iste fuit ꝑ
mus patriarcha ecclesie anthiochene. s. bea
tus Petrus ꝗ primo rexit illā ecclesiaꝫ ut
habetur libro illustriū viroꝝ qui tpe hui⁹
uisionis iaꝫ transierat per martyriū dicēs
[Ueni ⁊ uide] statum ecclesie sub nerone [⁊
exiuit alius equus ruffus]. i. romanus po/
pulus qui dicit̃ ruffus tēpore neronis du/
pliciter. uno mō accipiendo ruffedinē ꝓ ru
bedine sicut in pluribus locis alijs accipit
scriptura. eo ꝙ nero multos romanoꝝ oc/
cidit ex sua crudelitate. Nā etiā matrē ꝓ
priā uxorē fratrē ⁊ sororem ac etiā senecaꝫ
suum preceptorē dicit̃ occidisse. Alio mō ma
gis proprie ꝓ ipa ruffedine quia nero ciui
tatem romanā incendi fecit in magna pte
ut uideret quale fuerit antiquitus incēdiū
troie. Jn tali uero incendio ex cōmixtione
fumi ⁊ flāme aperētia ruffedinis causat̃ [⁊
ꝗ sedebat sup eū]. s. nero habens domini/
um [datū est ei]. i. a deo permissuꝫ ut sume
ret] . i. auferret [pacē de terra] q2 turbata
fuit ciuitas ⁊ romanū imperiuꝫ ꝓpter sua
maleficia [⁊ ut inuicē se interficiant] naꝫ ex
occasione sue perfidie ipo interfecto Otto
gaba vitellius uoluerūt usurpare imperiuꝫ
⁊ ex eoꝝ pugna adinuiceꝫ ualde multi fue
rūt interfecti [⁊ datus fuit illi gladius ma
gnus]. i. potestas interficiendi christianos.
Nā ipse primā persecutionē mouit contra
ecclesiā loquēdo de persecutionib⁹ motis ꝑ
impatores romanos. nā antea ꝑsecutionem
sustinuerat per iudeos. Mādatū uero cru/
dele Gai supra positū non fuit directe cō/
tra ecclesiā sed cōtra habitātes iudeam quo
rū pauci cōparatiue erant christiani nec ēt
mandatum illud fuit datū executioni. Et iō
prima persecutio ecclesie attribuit̃ neroni.
Claudius etiā impator ꝗ fuit medius inter
Gaium ⁊ Neronē non legit̃ fecisse christi
anis aliquā persecutionē. Nero antē apo
stoloꝝ principes. s. Petrū ⁊ Paulū occidit ⁊
alios multos christianos rome ⁊ per impe
rium occidi fecit [Et cū aperuisset] Hec est
tertia ps in qua describit̃ ecclesie stat⁹ sub
tito cum dicit̃ [audiui tertiū animal]. i. pa/
triarchā primū ecclesie alexandrine. s. bea/
tū Marcū secundū ꝙ in libro illustriū vi/
roꝝ habetur [⁊ ecce equus niger]. i. exerci
tus romanus qui dicitur niger effectiue si
cut sol dicitur calidus. Exercitus enim ro
manus sub tito in tantū afflixit habitan/
tes hierusalē ꝙ fuerunt fame denigrati ⁊
alijs afflictionibus secundū ꝙ refert Jose/
phus libro de iudaico bello [⁊ qui sedebat
super eū]. s. titus regens illū exercitū [ha/
bebat staterā in manu sua]. i. diuinā iusti/
ciā quā opere exequebat̃. nā ex ordine di
uine iusticie processit ꝙ exercitus romanus
iudeos ptim occidit ⁊ ptiꝫ captiuauit ī vin
dictam mortis christi sicut manifeste predi
xit Luc. xix. Ecce uenient dies in te ⁊ cir
cundabunt te inimici tui ꝛc. q2 tamē erat
preter intentōnē titi ⁊ exercitus sui qui ꝓ
pt̃ aliā cām uenerūt ꝯ iudeos. s. ꝓpt̃ rebel
lionem ipoꝝ cōtra imperiū romanū ut pa
tet ꝑ Josephū libro de iudaico bello. Jdeo
dicit̃ ꝙ habebat staterā in manu ⁊ non in
mente. nā exequebat̃ op⁹ diuine iusticie mo
do ꝑdicto. Per manū enī opus intelligitur
quia per eā efficitur [⁊ audiui uocē de me/
dio quattuor animaliū]. i. de throno dei in
cuius circuitu erant quattuor animalia ut
dictū est supra ca. quarto. Et per hoc de/
signatur ꝙ factū titi contra iudeos ꝓcede/
bat ex ordinatione diuina a qua procedit
malū pene secundum ꝙ dicit̃ Amos quarto
Nō est malū in ciuitate quod nō fecerat ei
dominus [Bilibris tritici denario uno ꝛc.]
Ad intellectū huius sciendū ꝙ dicit Hugo
floriacensis de fine belli romanoꝝ cōtra iu
deos Fessi deniq; romani multa cede que
rebant quibus mancipia captiua uenderēt
Sed q2 plurimi uenales ⁊ pauci inueniebā
tur emptores non defuere qui triginta mā
cipia uno nummismate mecarentur. ut si/
cut dominū emerant triginta denarijs sic
econuerso ꝓ denario uno triginta uende/
rent̃. Sunt aūt nūmisma ⁊ denarius unuꝫ
⁊ idē math. xxij. dicente dn̄o Ondite mihi
nūmisma census. subdit̃ At illi obtulerunt
ei denariuꝫ dicebat̃ autem denarius eo ꝙ
valebat. x. nūmos vsuales. Jtē notādum ꝙ
bilibris est nomen cōpositū ex bis ⁊ libra
quia continet duas libras. quinq; uero iu/
dei hic ꝑ unā libram designant̃ eo ꝙ quinq;
libri moysi ab omnibus iudeis recipiūtur
Alios autē libros iudei non recipiunt qui
saducei dicuntur. Est igit̃ sensus [Bilibris

tritici denario uno &c. quia sicut de uena libus iudeis uilioribus qui per ordeū quod est uile granum designant̄ triginta p̄ uno denario dabant̄ ut dictū est ita decem de fortioribus ⁊ aptioribus ad seruiēdū p̄ uno denario vendebant̄ ⁊ uinū ⁊ oleū ne lese ris per uinū quod est letificatiuū intelligū tur christiani qui replebant̄ gaudio spiri tuali secundū q̄ dicit̄ act. xiij. Discipuli ue ro replebant̄ gaudio ⁊ spiritusancto. Et si milit̄ per oleū p̄pter pietatis ⁊ mutue cha ritatis obsequiū secundū q̄ dicit̄ act. quar to Quotquot eniz possessores domorum ⁊ agroꝝ erant uendebāt afferentes p̄cia eo rū ⁊ ponebāt ad pedes apostoloꝝ qui diui debāt singulis p̄ut cuiq; opus erat. Et isti nō fuerunt lesi per exercitū titi. Naz ante eius aduentū christiani habitantes in hie rusalē ⁊ in iudea monitu angelico transie runt ultra iordanē in ciuitate nomine Pel lā in regno agrippe existentē qui cōfede ratus erat romanis. Et cū aperuisset. Hic incipit pars quarta ubi describit̄ status ec clesie tēpore domiciani qui secundā perse cutionē mouit contra ecclesiā ⁊ multa alia mala fecit i imperio romano. dicit̄ igit̄ ⁊ au diui uocē quarti animalis id ē patriarche seu episcopi constantinopolitani iā defuncti sicut dictū est de alijs tribus. ⁊ ecce equus pallidus .i. populus romanus. Domician⁹ enim magnā p̄tē senatoꝝ ⁊ alioꝝ nobiliū in exiliū misit ⁊ interfecit imponēs eis cri mina ut sic raperet eoꝝ bona. p̄pter quod ceteri rome ⁊ alibi erāt in magno timore positi ne similiter eis fieret. Timor aūt fe cit exteriora mēbra pallida ⁊ potissime fa ciē p̄pter quod romanū imperiū p̄ tempo re illo significatur per equū pallidū. ⁊ q̄ se debat desup .s. domician⁹ impator. nomē illi mors actiue ⁊ passiue q̄r multos inno centes interfecit ut dictū ē potissime chri stianos cōtra quos mouit secundā persecu tionē. Et finaliter īterfectus fuit a senatu romano propter suā crudelitatē. ut habet̄ in legēda beati Iohānis euāgeliste. ⁊ infer nus sequebat̄ eū q̄r post cursū uite p̄sentis statim captus ē ad penā gehenne. ⁊ data ē illi potestas sup quattuor partes terre. In quibus dilatatū erat romanū imperiū. int̄ ficere gladio naz in omnibus istis p̄tibus multi christiani gladiati fuerūt de mādato eius. ⁊ fame q̄r multi in carcerib⁹ fame cru ati mortui fuerūt. ⁊ bestijs terre q̄r plures eoꝝ deuorandi bestijs tradebantur. Sicut patet in legendis pluriū martyrū. Et quia pluribus alijs modis aliqui martyrizaban tur .s. suspēsione submersione cōbustione ⁊ huiusmōi. ideo interponit̄ ⁊ morte ut ois modus affligendi martyres includat̄. Ex p̄dictis uero patet q̄ sicut zacharie. vi. per equos quadruplicit̄ in colore variatos de signata fuerūt. iiij. regna ut dictū fuit ibi dem. sic in isto loco per equū albū designa tur regnū christi p̄ut fuit i cetu apostoloꝝ ⁊ credētibus primis. p̄ alios tres equos ro manū imperiū cuius status fuit uariatus in tribus p̄tibus. Et cū aperuisset quintū. Hic incipit quinta pars in qua describit̄ ecclesie persecutio a traiano imperatore q̄ domiciano successit usq; ad diocletianum. Iste eni traianus tertiā p̄secutionez exer cuit contra ecclesiā. Marcus Antoni⁹ quar tā Seuerus quintā Maximus q̄ ē maxi mianus sextā Decius septimā Ualerian⁹ octauā Aurelianus nonā. Licet autē multi imperatores intermedij fuerunt inter istos quoꝝ tēporibus multi chriani fuerunt mar tyrizati. Isti tamē specialiter dicunt̄ christi anoꝝ persecutiones exercuisse q̄r fecerunt ⁊ renouauerunt edicta contra christianos. Alij uero non sic. Et ideo q̄ aliqui tēpori bus suis fuerunt martyrizati hoc fuit ex edictis precedentiū imperatoꝝ que nō erāt reuocata. Tēporibus igit̄ istoꝝ imperatoꝝ non erant ecclesie nec altaria stabilia s; in locis occultis ⁊ potissime in martyrum cri ptis in quibus sunt corpora eoꝝ ibidem se pulta portabat̄ ⁊ erigebat̄ altare ligneū p̄ celebratione missaꝝ. Et hoc est qd̄ d̄r. ⁊ cū aperuisset quintū sigillum uidi subtus alta re animas interfectoꝝ .i. martyres inter fectos eo q̄ erant ibi corpora eoꝝ. Et ē si milis modus loquendi sicut exo. j. Omnes anime q̄ egresse sunt de femore iacob id est homines q̄ꝝuis anime eoꝝ non fuerunt egresse de femore iacob que nō sunt ex tra duce sed a deo per creationē infuse corpo ribus egressis de iacob per generationem propter uerbū dei quātū ad doctores qui fuerūt martyrizati p̄pter p̄dicationē uer bi diuini. ⁊ propter testimoniū quod habe bāt quātū ad simplices christianos q̄ mar tyrizabant̄ eo q̄ nolebēt negare christuz sed magis p̄testabant̄ se credere in ipsum

86

⁊ clamabāt uoce magna ⁊c.] iste clamor
non est aliud q̄ȝ manifestatio nequicie ty/
rannoꝝ coram deo merito punienda. [⁊ in/
nocentie martyꝝ premianda sicut dixit do
minus ipi caim geñ. iiij. Ecce uox sangui
nis fratris tui abel clamat ad me de terra
id est eius innocentia declarat tuā nequiciā
puniendā in mortis eius vindictā ideo sub
ditur [usqȝquo domine] supple qui es [san/
ctus ⁊ uerus non uindicas sanguinē nostꝝ
de his qui habitāt in terra] .i. de tyrannis
dominantibus super terrā [⁊ date sunt eis
singule stole albe] quia cuilibet data ē glo
ria anime [⁊ dictū est illis ut requiescerēt
corpora eoꝝ in monumētis] tempus adhuc
modicum] .s. usqȝ ad iudicium quod dicitur
modicū eternitati cōparatū propter quod
Johannis prima canonica ca. ij. dicit᷑. Filio
li nouissima hora est. tunc enim resurgent
in corporibus gloriosis ⁊ sic habebunt se/
cundaȝ stolā que est gloria corporis [donec
cōpleant᷑ ⁊c.] nā postea propter nomē chri
sti multi sunt interfecti ⁊ adhuc plures int᷑
ficient᷑ in persecutione antichristi [Et cuȝ
aperuisset] Hic consequēter describit᷑ stat⁹
ecclesie sub diocletiano qui decimā persecu
tionē inuenit contra ecclesiā cū collega suo
maximiano. ⁊ ista persecutio fuit atrocior
p̄cedentibus in tātum qd᷑ infra. xxx. dies
pvij. milia ꝑmiscui sexus legunt᷑ martyrio
coronati. Et hoc est ꝙ describit Johannes
sub aperitione sigilli sexti. ⁊ diuidit᷑ in du
as partes. q꞉ primo describit᷑ immanitas ꝑ
secutionis. secūdo suauitas diuine consolati
onis. ibi Post hec uidi. Circa primū dicit᷑
[Terre motus factus ē magnus] q꞉ in om
bus partibus imperij romani ex imperio
diocleciani ⁊ maximiani moti sunt iudices
⁊ potentes ad interfectionē populi christia
ni [⁊ sol factus est niger ⁊c.] .i. christus q
est sol iusticie denigratus est quantū ad fa
mā nominis ⁊ etiā in mēbris suis quibus ī
ponebat᷑ ꝙ essent malefici ⁊ magi. ⁊ in hoc
a christo edocti per apostolos aliosqȝ disci/
pulos quos docuerat de talibus ut dicebāt
infideles. ⁊ sic quantū erat in se nomē chri
sti denigrabant [⁊ luna tota facta ē sicut
sanguis] q꞉ tunc ecclesia tota fuit sanguine
martyrū rubricata [⁊ stelle ceciderūt de ce
lo] .i. multi eminētes in ecclesia timore mor
tis inclinati fuerunt ad idolatrandū. vnde
⁊ marcellus papa tunc timore mortis idolū
thurificauit. ⁊ per hoc conijcitur ꝙ plures
alij similiter fecerunt. Uerūtamē beatus
marcellus penitentia ductus postea marty
rium pro christo sustinuit. ⁊ cessauit episco
patus romanus. vij. annis ⁊. vi. mensibus ꝑ
pter immanitatē persecutionis illius [Si/
cut ficus emittit grossos suos cum magno
uentu mouet᷑] dicunt᷑ autē grossi ficus pri/
mi tēporis ⁊ immature que de facili cadūt
a magno uento cōcusse. tunc aūt flauit ī ec
clesia turbo tēpestuose persecutionis [⁊ ce/
lū recessit sicut liber inuolutus] celū hic di
citur ecclesia presentis tp̄is sicut ⁊ Math.
xiij. Simile est regnū ce. the. ab. ī agro ⁊c.
prout exponit gregorius home. xxxvij. ꝙ
christiani tunc se occultabant quātū pote/
rāt exceptis valde paucis qui ex maximo
feruore se martyrio offerebāt [⁊ oīs mons
⁊ insule de locis suis mote sunt] nā sup mō
tes ⁊ rupes quasi īaccessibiles ⁊ īsulis ma/
ri clausis ubi fugerant christiani quereban
tur ⁊ exterminabant᷑ ⁊ sic dicunt᷑ ista lo/
ca mota ꝑpter motionē habitantiū sicut di
citur parisius facere uel pati qd᷑ populus ī
habitās agit uel patit᷑ [⁊ reges terra ⁊ ꝑn
cipes ⁊c.] in omnibus enī ꝑtibus orbis iaȝ
diffusa erat fides catholica ut supra dictuȝ
est ⁊ de omni statu hominū maioꝝ minoꝝ
⁊ mediocrium aliqui crediderūt qui rabieȝ
persecutionis mote per diocletianū ⁊ maxi
mianū nō ferentes querebāt se absconde/
re in locis cauernosis sub mōtibus iō sub
dit᷑ [Absconderūt se in speluncis] ⁊ aliq ēt
eorum timētes ibi capi ⁊ longo cruciatu ad
mortē deduci desiderabant mori breuiter.
supposita tamē dei uoluntate ne vi tormen
toꝝ inclinarent᷑ ad christū negandū. ⁊ hoc
desiderium exprimit᷑ cū dicit᷑ [⁊ dicūt mon
tibus ⁊ petris cadite super nos ⁊ abscōdi
te nos a facie sedentis sup thronū] irati cō
tra nos. licet in deo non cadat ira ꝑprie di
cit᷑ tamē irasci metaphorice cōtra aliquos
quādo flagellat eos q꞉ ad modum irati se
habet tamen quādo flagellat electos hoc
facit magis ex sua benignitate ad augmē
tū meriti ipoꝝ ac premij [⁊ ab ira agni] .i.
hominis christi qui uidebat᷑ irasci cōtra su
am ecclesiam modo dicto [quoniā uenit di/
es magnus ire ipoꝝ] .i. tēpus ꝑsecutionis
magne ab eis permisse [⁊ quis poterit sta
re] quasi dicat ualde pauci. Ceciderat enim
marcellus papa qui caput erat ecclesie ut

predictum est propter quod uidebatur dif/
ficile q̄ alij inferiores possent stare. Aliter
autē exponitur ab aliquibus illud [⁊ dicunt
mōtibus ⁊ petris cadite super nos ⁊c.] q̄
per montes ⁊ petras intelligūtur sancti q̄
iam erant in patria qui dicuntur montes pro
pter suam exaltationem ad celestia. Et pe
tre propter confirmationē in bono quorū
suffragia postulabant fideles in persecutio
ne positi ⁊ sic est sensus [⁊ dicunt montibus
⁊ petris] .i. sanctis [Cadite super nos] .i. cō
descendite nobis [⁊ abscondite nos a facie
⁊c.] .i. protegite nos orationibus uestris er
ga deum ⁊ agnum ut cesset a nobis rabies
persecutionis. Sed alia expositio videtur ma
gis litteralis. Cap. vij.

Post hec uidi] Postq̄ descri/
pta est acerbitas persecutionis
Hic consequēter describitur sua/
uitas cōsolationis que facta est
in ecclesia dei tēpore constantini ex helena
nati. Et diuiditur in duas ptes. qr primo
ponitur hic consolatio quātū ad existētes
in ecclesia militante. secundo quantū ad ex
istentes in ecclesia triumphante ibi Post
hec uidi turbā. Prima adhuc in duas. qr p̄
mo premittitur persecutionis breuitas scilicet
quattuor tyrannorum in diuersis partibus im
perij romani dominantium. secundo eorum
repressio per constantinum. ibi Et uidi al
terum. Circa primum sciendū q̄ sicut dicitur
in ecclesiastica historia. ix. libro. Postq̄ dio
clecianus ⁊ maximianus deposuerunt insi
gnia imperij constituti sunt imperatores
duo. s. Galerius ⁊ Constantinus. Galerius
aūt duo cesares instituit. s. Seuerū in italiā
⁊ Maximianum in oriente. Cōstātinus au
tē ex helena genuerat filiū nomine cōstan
tinum qui mortuo patre factus est impera
tor. ⁊ assumpsit in consortiū imperij liciniū
qui licet primo fuerit pacificus christianis.
tamē cito postea factus est persecutor. Ma
xētius uero rome tyrannizabat. ⁊ sic erāt
quatuor persecutores ecclesie in quattuor p
tibus imperij. s. Maximianus in oriēte Se/
uerius in italia Maxentius rome Licinus
alexandrie que est in egypto. Itē notandū
q̄ homines maxime potentes ⁊ in dignita
te constituti in hoc libro frequenter nomi
nantur angeli sicut dictum est supra ca. ij. de
episcopis vij. ecclesiarum qui angeli nomi
nantur. ⁊ si sunt boni sunt angeli dei. ⁊ si
mali magis sunt angeli sathane saltē pro
illo tempore quo sunt mali sicut dictū ē su
pra. iiij. ca. de angelo sarde nomē habes q̄
uiuas ⁊ mortuus es. Hoc ergo modo quat
tuor persecutores ecclesie dicti nominantur
hic angeli cū dicitur [Post hec uidi quattuor
angelos stantes] .i. dominantes [sup quat
tuor angelos terre] .i. quattuor partes im
perij ut dictū est [tenentes quattuor uētos
terre ne flarent] .i. impedientes doctores ec
clesie ne uerbū dei predicarent. de quo fla
tu dicitur cant. iiij. Surge aquilo ⁊ ueni au
ster perfla ortum meū ⁊ fluent aromata il
lius. quia p flatum predicationis fecundan
tur ortus ecclesie militantis [super terram
neq̄ super mare neq̄ in ullā arborē] chri
stianorum enim aliqui habitabant in arida
aliqui in insulis maris ⁊ aliqui in siluis p
secutionē fugientes ⁊ omnes isti designan
tur nominibus locorum istorum sicut habitā
tes parisius designantur nomine ipsius. vn
de cōmuni modo loquendi dicitur parisius fe
cit tale festum. i. populus habitans ibi [Et
uidi] Hic cōsequenter describitur victorum quat
tuor tyrannorum repressio. Circa quā primo
ponitur repressionis actus. secundo subditur
sequens fructus. ibi Et audiui. Circa p̄mū
premittitur reprimentis conditio cū dicitur
[⁊ uidi alterū angelum] .i. imperatorē con/
stantinum [ascendentē ab ortu solis] nam ex
ordinatione solis iusticie ascendit ad digni
tatē imperialem ut daret pacem ecclesie [ha
bentē signū dei uiui] .i. signū crucis christi
scribitur enim ecclesiastice historie libro no
no q̄ constantinus ueniens romam contra
Maxentium ibi tyrānizantē ut frequenter
cogitaret de dispositione belli. ⁊ pro uicto/
ria exoraret deum celi quāuis nondū esset
baptizatus. Aspiciens in celū uidit signum
crucis rutilās ⁊ cū miraretur de insolita ui
sione vidit angelos assistētes ⁊ dicentes si
bi. In signo hoc uinces. tunc de uictoria fu
tura securus signū crucis sicut uiderat de
pingi fecit in militaribus uexillis. ⁊ sic pro
cedens contra maxentium obtinuit plenum
triūphum [⁊ clamauit uoce magna quattuor
angelis] .i. quattuor tyrannis predictis [q̄/
bus datum est] .i. permissum est [nocere ter
re ⁊ mari] .i. christianis habitantibus ī ter
ra arida ⁊ in insulis maris dicēs [Nolite
nocere ⁊c.] nā istos quattuor tyrānos re/
pressit a nocumento christianorum aliquos de

87

bellando ſicut dictum eſt de Maxentio. et
idem poſtea accidit de licinio contra chri/
ſtianos crudeliter inſurgente in alexādria
⁊ egypto. Alios antez duos ſuo mādato de
terrendo. Et hec habent̄ eccleſiaſtice hi/
ſtorie lib. ix. [quoadusqꝫ ſignemus ſeruos
dei noſtri in frontibus eoꝝ] Cōſtantinꝰ enī
a beato Silueſtro [baptizatus honorauit ⁊
exaltauit eccleſiam ⁊ potiſſime ſacerdotes
⁊ alios eccleſie miniſtros. ⁊ multa priuile/
gia chriſtianis dedit. ⁊ ſic exemplo ⁊ ver/
bo multos ad baptiſmū induxit. ⁊ ſic p mi
niſterium ſacerdotū ſeruos eos chriſti con
ſignauit. Sciendū autem ꝙ hec dictio quo
adusqꝫ non tenet̄ hic finite ſic intelligendo
ꝙ ſignatis fidelibus tēpore conſtātini qua
tuor tyranni predicti deberēt redire ad p
ſecutionē eccleſie ſicut cū dicit̄ ſedeas hic
quoadusqꝫ ueniā per quod deſignat̄ ꝙ me
aduemente nō debes amplius ſedere ſꝫ te
netur indefinite ſicut cum dicit̄. Iſte nō pe
nituit quoadusqꝫ vixit. i. nūqꝫ penituit qꝛ
poſt mortez penitere nō potuit. [Et audiui
numeꝝ ſignatoꝝ] Hic conſequēter deſcri/
bitur dicte repreſſionis fructus quia ē mul
tiplicatio credētiū chriſto. Et dicūt expoſi
tores ꝙ hic primo ponitur numerus cōuer
ſorum ad chriſtū de iudaiſmo. ⁊ ideo ſubdi
tur [ex omni tribu filiorū iſrael] ⁊ poſtea
cū ſubdit̄ [poſt hec uidi turbā magnā ⁊c̄]
ponitur multitudo conuerſoꝝ de gentilita
te que fuit multo maior quaſi incōperabili
ter qꝫ de iudaiſmo. Sed ſaluo meliori iu/
dicio primū non videt̄ rationabiliter dictū
qꝛ ante tempora conſtātini iudei iam erāt
ī ſua īfidelitate obſtinati. propter quod nō
videt̄ ꝙ tempore conſtātini tot fuerūt ba/
ptizati ſicut dicit̄ hic. ſ. cxliiij. milia. Itez qꝛ
ex qualibet tribu excepto tribu dan. loco
cuius nominatur tribus ioſeph dicunt̄. xij
milia ſignati. ⁊ tamē ſecundū hebreos ⁊ la
tinos. x. tribus fuerunt captiuate ⁊ inclu/
ſe ultra mōtes caſpios. Et ſic de illis nō vi
dent̄ tunc aliqui fuiſſe baptizati. Similiter
ſecundū de conuerſione gētilium nō videt̄
probabiliter dictum qꝛ textus diſſonare vi
det̄ in pluribus quod magis uidebit̄ pro/
ſequēdo. Sic igit̄ quantuz mihi videtur ad
preſens In hac prima pte deſcribitur mul/
titudo cōuerſoꝝ ad chriſtum tēpore cōſtan
tini de quacūqꝫ gente uel natione qui per
baptiſmum rem nominis iſrahel conſequū
tur ſecundū ꝙ predixit eſa. xliiij. effundam
ſpiritum meū ſup ſemen tuum ⁊ benedictio
nes meas ſuper ſtirpē tuaz ⁊ germinabūt
⁊ ſequitur. Iſte dicet. domini ego ſum. ⁊ ille
inuocabitur in nomine iacob. ⁊ hic ſcribat
in manu ſua domino. Et in nomine iſrael
aſſimilabit̄ quod intelligit̄ de gentibus cō
uerſis ad chriſtuz ſicut ibidem plenius fuit
dictum. hoc etiā dixit apoſtolis Ro. ij. Nō
enim qui in manifeſto iudeus eſt neqꝫ q̄ in
manifeſto in carne eſt circūciſio. ſed qui in
abſcōdito iudeus eſt ſcilicet per fidē chriſti
⁊ circūciſio cordis in ſpiritu. ſ. per reciſionē
uicioꝝ. ⁊ ſic patet ꝙ nomē iſraelis ſecundū
rem ⁊ ueritatē tranſijt ad populū in chri/
ſto regnātium ⁊ per ꝯſequēs nomina. xij.
tribuū iſrael ad. xij. apoſtolos noui teſta/
mēti qui correſpondēt. xij. patriarchis ue.
teſta. tribus uero dan. hic omittit̄ eo ꝙ de
ipſa dicitur antichriſtus naſciturus. Scien
dum etiaz ꝙ cū dicit̄ hic. cxliiij. milia ſigna
ti. ponitur numerus determinatus pro in/
determinato. Nam multo plures tēporibꝰ
illis per diuerſas partes orbis fuerunt ba
ptizati ſicut ſupra quarto ca. . per. xxiiij. ſe
niores intelligit̄ uniuerſitas prelatoꝝ eccle
ſie que eſt multo maior ſicut dictū fuit ibi
dem. his vero dictis patet littera [Poſt hec
uidi] Hic conſequenter deſcribit̄ conſolatio
quātū ad exiſtētes in eccleſia triūphante.
Nā ſicut poſt perſecutionē acerbiſſimā tē
poribus diocletani ⁊ maximiani facta ē cō
ſolatio magna in eccleſia militante per cō/
ſtantinum pacem ei attribuentem ſic in ec
cleſia triūphāte de martyribus illius tem/
poris facta eſt leticia magna per chriſtum
animas eoꝝ ſuſcipientē. igitur hec leticia p
mo deſcribit̄. ſecundo iohānes de hoc ple
nius inſtruitur ibi ⁊ reſpondit. Circa pri/
mum dicit [Poſt hec uidi turbā magnam]
martyrum quā dinumerare nemo poterat
tēporibus eniz diocleciani ⁊ maximiani tot
fuerunt martirizati ꝙ per homines nō po
tuerūt ad certū numeꝝ reduci. Nam infra
xxx. dies leguntur. xvij. milia martirizati
ut dictum ē. vna etiam uice maximianus i
terfecit legionē tebeoꝝ in qua erāt ſex mi
lia. cccccclxvij. milites chriſtiani. Iudices ēt
in diuerſis tēporibus de mandato iſtorum
imperatorum tot interfecerunt chriſtianos
ꝙ non poterant ſub certo numero redigi.
Nā diocletianus legit̄. xx. annis impaſſe

[ex omnibus gentibus ⁊ tribubus ⁊ popu
lis ⁊c.] Ex hoc uidetur ꝗ nō agit᷑ hic de
cōuersis ex gētilitate tantū sicut dicūt ali
ꝗ sed de martyrizatis ꝑ diocletianū ⁊ ma
ximianū int᷑ quos fuerūt aliqui de iudais/
mo cōuersi ad christum ⁊ de omni populo
⁊ gente[stantes ante tronū] ꝑ claꝝ diuini
tatis aspectū[⁊ in conspectu agni] qꝛ sicut
beati reficiunt᷑ interius in aspectu diuinita
tis ita exterius ĩ aspectu humanitatis chri
sti secundū ꝙ dicit augustinꝰ sup Johannē
[amicti stolis albis] per gloriā anime que
ꝑ stolā albā designat᷑ ut dictū est ca. prece/
denti[⁊ palme in manibus eoꝝ]in signū ꝑ
fecte uictorie que non habet᷑ in presenti vi
ta in qua hoīes q̄ʒtumcūqꝫ sancti sunt sē/
per in pugna. Et sic non loquit᷑ hic ut vi/
detur de baptizatis existētibus in via sed
de martyrizatis in patria[⁊ clamabāt uo/
ce magna]nā in celis est laus dei continua
[dicentes salus deo nostro]. i. salus quā ha
bemus inest nobis a deo ⁊ agno[⁊ omnes
angeli stabāt in circuitu throni[tanqꝫ pa/
rati ad exequēdū uoluntatē dei.[Et senio
rū ⁊ quatuor animaliū]. i. ep̄oꝝ ⁊ patriar/
chaꝝ iam in celo regnantiū[⁊ ceciderūt in
conspectu throni ⁊c. gratias agentes deo
de triumpho martyrū [dicentes amē]post
laudē martyrū suprapositā]Salus deo no
stro ⁊c.]⁊ subdit᷑ eoꝝ laus cum dicit᷑ [Bene
dictio]. i. laus[⁊ claritas]. i. diuulgatio no
minis ⁊ cetera que sequunt᷑ supple attribu
antur[deo nostro in secula seculorum] non
est perhoc intelligendū ꝙ ex creaturis ali
quid accrescat deo in seipso. sed tantū in ef
fectibus suis[Et respondit] Hic cōsequēt᷑
Johānes de dictis maryribꝰ instruit᷑ pleniꝰ
cū dicit᷑ [⁊ respondit unus de senioribus]se
cundū illos ꝗ dicūt ꝙ littera imediate pro
cedens loquit᷑ de conuersis ex gentilitate
tēpore constantini. Iste senior fuit beatꝰ Sil
uester. Sed hoc non uidet᷑ conuenienter di
ctū. qꝛ Johānnes non fuit instructus a bea
to Siluestro per multa tēpora post nascitu
ro. qꝛ floruit tēpore cōstātini qui cepit im
perare anno dn̄i. ccc. ix. Et ideo uidet᷑ me
lius ꝙ iste senior fuerit beatus Petrus ꝗ
dicit᷑ unus senior. i. primus int᷑ p̄latos eccle
sie sicut dictū ē supra ca. v. [Hi qui amicti
sunt stolis albis qui sunt ⁊c]q. d. tu debes
scire[⁊ dixi illi. dn̄e mi tu scis]ꝗ regnas in
secula cū eis. Nam ante reuelationē Johā
ni factā per martyriū transierat ad gloriā
ut ostensum est supra ca. v. q. d. Johannes
Tu qui scis potes me docere de ipsis [⁊ di
xit mihi hi sunt qui uenerunt de tribula/
tione magna]exeuntes de mundo per mar
tyrium tēpore diocletiani ⁊ maximiani im
peratoruʒ. qꝛ tunc fuit tribulatio maxima
ut dictum est. Ex hoc etiā uidet᷑ ꝙ non lo
quitur de conuersis ad fidē tēpore constan
tini. qꝛ tunc non fuit ecclesie tribulatio sʒ
maxima cōsolatō propter quod loquit᷑ sicut
dixi de martyribus tēporis p̄cedentis. ideo
subdit᷑ [⁊ lauerūt stolas ⁊ dealbauerūt eas
in sanguine agni] propter quod eoꝝ san/
guis fuit effusus ⁊ ideo merito dicit᷑ san/
guis agni qui est sanguis mēbroruʒ ipsius
in quibus dicit se persecutioneʒ pati act. ix
Saule saule quid me persequeris. marty/
res aūt predicti acceperūt primā stolā. i. ani
me gloriā ut supra dictū ē ꝑ effusionē sui
sanguinis[ideo sunt ante thronum dei] ui/
dentes eū facie ad faciē] ⁊ seruiūt ei die ac
nocte in templo eius] quia ibi est laus iu/
gis. psal. lxxxiij. Beati qui habitāt in do/
mo tua domine in secula seculoꝝ laudabūt
te]⁊ qui sedet ĩ throno]. s. deus[habitat su
per illos] qꝛ non possunt ab eo euelli [non
esurient neqꝫ sitiet āplius ⁊c.]. i. nullā tribu
lationē aut inquietudineʒ patient᷑ amplius
nā in beatitudine quietat᷑ appetitus[quoni
am agnus qui est in medio throni]. s. chri
stus[reget eos]imediate. fideles autē ĩ ter
ra existentes regunt᷑ ab eo ꝑ ministros ec
clesie[⁊ deducet eos ad vite fontes aquarū
continuādo in eis gloriā anime quousqꝫ cū
hoc accipiāt gloriā corporis in futura resur
rectione. ⁊ tunc erūt in fōtibus aquaꝝ vite
ꝑ duplicē gloriā. s. corporis ⁊ anime[⁊ ab/
sterget deus omnē lachrimā]nam ultra nō
habebūt aliquā tristicie materiā]sed plenā
⁊ perfectā consolationē. Cōtra hanc expo
sitionē quā posui ex textu possit argui. pri
mo. qꝛ dicitur Post hec uidi turbā magnā
⁊c. ex quo videt᷑ ꝙ nō loquit᷑ de martyri/
bus tēpore constātini p̄cedentibus de quo
ante fecerat mentionē sed magis de cōuer
sis ex gētilitate tēpore ipsius sicut dicunt
expositores aliqui. Secūdo quia infra. xxi.
Johannes loquēs de ciuitate celesti dicit. ⁊
tēplū nō uidi in ea. Hic aūt dicit᷑ ⁊ seruiēt
die ac nocte in tēplo eius. Ex quo uidetur
ꝙ non loquit᷑ de martyribus existētibus

iā in patria sʒ de filideb⁹ qui sūt adhuc in
via. Ad primū dicēdū q̄ cū dicit᷑. Post hec
vidi ⁊c. ly post nō refert᷑ ad ordinē rei ge
ste. sʒ ad ordinē uisionis seu descriptionis
illa enī que sunt pri⁹ facta frequent᷑ sūt po
sterius ostēsa ꝓphetis ⁊ descripta sicut ma
nifeste patet i scriptura ueteris ac noui te
stamēti. propter quod nō ualet argumētū.
Ad secūdū dicēdū q̄ post illud uerbū Johā
nis subdit᷑ imediate Dn̄s eniʒ de⁹ omnipo
tens tēplū illius ē ⁊ agn⁹. Ex quo patet
q̄ ꝑ uerbū Johānis nō excludit᷑ a ciuitate
celesti tēplū omnimode. sʒ tantū tēplū ma
teriale ⁊ figurale quale fuit in ueteri testa
mēto respectu noui. ⁊ in nouo respectu celi
Cult⁹ enī dei in nouo testamēto ē quedam
figura ⁊ repn̄tatio cultus ip̄ius siue laudis
ab angelis sanctis ⁊ beatis in celo. q2 cul
tus celi nō ē ad aliud ordinat⁹ iō nullo mō
ē figuratiuus q2 ibi deus colit᷑ ⁊ laudat᷑ ut
clare ⁊ p̄sentialiter uisus sine figura ⁊ eni
gmate. ⁊ sic negat᷑ ibi tēplū figurale ⁊ do
min⁹ omnipotēs dicit᷑ tēpluʒ ei⁹ sicut pleni⁹
ostēdet᷑ quando erim⁹ ibi dn̄o ꝯcedēte.

Et cū apparuisset ꝯ Postq̄ȝ supe
rius i aptione sex sigilloꝝ de
scripta ē ecclesie pugna contra
tyrānos ut pʒ ex p̄dictis Hic
cōsequent᷑ describit᷑ ecclesie pugna contra
hereticos sub aptōne septimi sigilli. Ista tn̄
diuisio nō ē p̄cisa. nā a tēpore apostoloruʒ
contra ecclesiā insurrexerūt heretici ut pa
tet ex supra dictis in aplōꝝ epistolis. Et
p⁹ tēpus ꝯstantini fuerūt ⁊ erunt aliq ty
rāni. sed hec distinctio accipit᷑ secūdū illud
qd᷑ principalit᷑ describit᷑ in p̄cedētib⁹ ⁊ sub
sequētib⁹. Heretici uero futuri sūt int᷑ chri
stianos usq̄ȝ ad finē mūdi sicut ostēdit sal
uator. Math. xiij. ꝑ pabolā zizanie semina
te in medio tritici quā noluit eradicari us
q̄ȝ ad messeʒ ꝑ quā intelligit᷑ tēpus iudicij
ꝓpt᷑ quod ps ista i generali durat usq̄ȝ ad
finē seu terminū huius libri. Et diuidit᷑ in
tres ptes. nā primo describit᷑ status eccle
sie iudiciū p̄cedēs. secūdo iudiciū cōcomitās
xix. ca. ibi Et uidi thronū magnū. Tertio
subsequēs ibi Et ego Johānes. Prima ps
diuidit᷑ in duas ptes. Nā primo describit᷑
pugna int᷑ ecclesiā ⁊ hereticos dictos ꝓprie
Secūdo inter ip̄aʒ ⁊ hereticos dictos extē
so noīe ca. xij. Prima adhuc in duas. Naʒ
primo agit᷑ de inuētorib⁹ heresū. secundo de

fautoribus eoꝝ ix. ca. Prima adhuc i duas
q2 primo cōtinuat se p̄dictis. secūdo exeq̄t᷑
de hereticis ibi Et septē angeli. In p̄cedē
ti uero pte duo sunt dicta de statu ecclesie
scilicet ꝑsecutio tyrānoꝝ. ⁊ cōsolatio seques
ꝑ cō ātinū. ꝓmo se ergo cōtinuat primo.
Post secūdo. ibi Et angelus. Circa primū
ponit᷑ quedā breuis ꝑsecutio post tēpus cō
stantini excitata ꝑ iulianū apostatā q int᷑
fecit Paulū ⁊ Johānē ⁊ plures alios. ⁊ mul
ta mala ⁊ dāna intulit christianis. ⁊ de ip̄o
dicit᷑ hic factū ē silentiū magnū in celo. i.
in ecclesia militāte q̄ frequent᷑ in libro hoc
celū nominat᷑ ut p̄dictū ē. Iste enī iulianus
p̄cepit ecclesias claudi ꝓhibēs diuinū offici
um solēnit᷑ celebrari. ⁊ sic factū ē silentiū i
celo q2 tn̄ iulian⁹ apostata paꝝ imperauit
s. anno vno ⁊ sex mēsib⁹ secūdū Hiero. iō
subdit᷑ quasi dimidia hora nā ip̄o in bello
persaꝝ interfecto apte fuerunt ecclesie. ⁊ ce
pit religio christiana gaudere ut habetur
in legēda sanctoꝝ martyrū Johānis ⁊ pau
li. Cōsequent᷑ ponit᷑ cōtinuatio ad sequētia
cū dicit᷑ Et uidi septē angelos ⁊c. de istis
uero septē angelis ⁊ eoꝝ tubicinijs dicet᷑ i
sequētib⁹ sigillati. Et alius angel⁹ Hic po
nitur continuatio ad secūdū p̄cedēs qd᷑ fuit
directionē eraclij ⁊ exercitus eius qui pu/
gnabant pro eccleſia ſed q꞉ per draconem
⁊ angelos eius intelligit᷑ coſdree ⁊ ſuus ex
ercitus ſecundum omnes expoſitores cōue
nientius eſt ut ſimiliter ꝑ michaelem ⁊ an
gelos eius intelligat᷑ eraclius ⁊ bellatores
eius. michael enim interpretat᷑ quis ut de
us. eraclius enī in hoc bello ꝓ eccleſia erat
vicarius. Ex ſupra dictis etiam patet ꝙ in
hoc libro boni ⁊ mali homines frequenter
nominant᷑ angeli [⁊ non ꝓualuerunt ſcilicet
coſdree ⁊ viri eius ſed pluries debellati fu
erunt [neqꝫ locus inuentus ē eoꝝ amplius
in celo] .i. in eccleſia. nam eracius ꝓſequēs
coſdree fugauit euꝫ de ethiopia libia ⁊ ter
ra ſancta in quibus ante vigebat eccleſia
⁊ cōpulit eum turpiter redire in terrā ſuaꝫ
ideo ſubdit᷑ [⁊ proiectus eſt draco ille ma/
gnus ſerpens antiquus] tamen q꞉ ipſemet
coſdre erat antiquus etate propt᷑ quod po
ſtea ſatis cito tradidit regnum filio ſuo ut
poſtea dicet᷑ [qui vocat᷑ diabolus ⁊ ſatha/
nas] pre nimia eius nequicia ſicut de homi
ne nequaꝫ dicit᷑ cōmuniter ꝙ eſt vnus dia
bolꝰ uel ſathanas [qui ſeducit uniuerſuꝫ or

bem] Naꝫ ab illis quos subijciebat sibi fa
ciebat se sicut deum adorari. propter quod
dicitur in legenda exaltationis sancte cru
cis fecerat turrē argenteā in qua interlucē
tibus gēmis thronum extruxerat aureum
ibi solis quadrigam ⁊ lune ⁊ stellaꝝ imagi
nē collocauerat atqꝫ p occultas fistulas aq̄
meatus adduxerat ut quasi deus pluuiam
desup infundere uideret̄ . p hoc autē ꝙ di
citur uniuersum orbem nō ē intelligenduꝫ
ꝙ ipse sibi totū orbem subijceret. Sed ē lo
cutio ipbolica ad designandū ꝙ magnam
partē orbis sibi subiecit. ⁊ dicto modo se/
duxit sicut cōmunit̄ dicit̄ tota ciuitas cur/
rit ad tale spectaculū licet maior pars re/
maneat [proiectus est in terrā ⁊c.] quia cuꝫ
exercitu suo cōpulsus fuit in terrā suam re
fugere. [Et audiui] Hic cōñter ponit̄ grāꝝ
actio a filijs ecclesie pro cosdree deiectione
cum dicit̄ [⁊ audiui uocē magnam] ad grā
rū actionē [de celo]. i. ecclesia militante [nūc
facta ē salus ⁊ virtus ⁊c.] qꝛ fideles potue
rūt christo libere seruire liberati a cosdree
oppressione [qꝛ proiectus est accusator fra/
truꝫ nostroꝝ]. i. christianoꝝ quos faciebat
accusabiles corā deo ad malū eos impellen
do cogēs eos ad latrie cultū sibi impendē
dum ut dictū ē [⁊ ipsi vicerunt eum propter
sanguinē agni] Istud nō refert̄ ad eosdem
christianos in numero sed ad illos qui nō
acquiescebāt ei magis eligentes mori. ⁊ sic
erāt victores per palmā martyrij. ideo sub
ditur [⁊ non dilexerunt animas suas]. i. vi
tā suam corporalē. simile habet̄ psal. lxxvij
cum occideret eos querebāt eū. nō eniꝫ de
eisdem numero pōt intelligi ꝙ essent occi
si ⁊ quererent eos penitentes cū penitētia
non sit post mortē. sed de alijs eiusdem po
puli [ppterea letamī celi] de martyrū glori
ficatione ⁊ de cosdree deiectiōe [Ue terre]
Hic cōsequent̄ describit̄ subditoꝝ cosdree
oppressio. qꝛ cōpulsus redire ad terrā suam
fuit valde iratus ⁊ cepit grauare subditos
suos per exactiones ⁊ extorsiones multi/
plices ad multiplicanduꝫ sibi bellatores ut
regnum suum posset defendere ab eraclio
imperatore. ⁊ hoc est ꝙ dicit̄ [ve terre ⁊
mari] qꝛ non solū dominabat̄ in arida sed
etiā in pluribus insulis maris ⁊ qꝛ de mer
cimonijs p mare portatis augmentauit ex
actiones ⁊ pedagia [qꝛ descēdit diabolus]
i. cosdree fugatus ꝙ nominat̄ diabolus in

pte precedenti sicut uisum est [Sciens quia
modicū tēpus habet] erat enim iam senex
⁊ sic nō habebat tēpus vite in quo se pos
set de eraclio uindicare. propter quod tra/
didit regnuꝫ filio suo [⁊ postq̄ꝫ uidit draco]
licet enim ante persecutus fuisset ecclesiam
maxime extra terrā suam tamen tunc ce/
pit grauamē eius augmētare in terra sua
in q̄ hītabant multi christiani eius tributa
rij quos cepit non solum in rebus sed etiā
in personis grauius persequi. Sicut senna
charib fugiens de iudea propter persecutō
nem exercitus sui tēpore regis ezechie ce/
pit grauius affligere iudeos habitātes in
sua terra q̄ꝫ ante ut habet̄ thob. pmo. [Et
date sunt] Hic declarat quoddam dictum
scilicet qualiter mulier amicta sole fugit in
solitudineꝫ. Nā hoc fuit per auxiliū eraclij
ideo dicit̄ [⁊ date sunt mulieri due ale aq
le magne] Aquila vero signū est imperij ro
mani ideo per ipaꝫ intelligit̄ eraclius. Ale
uero eius sunt acies sui exercitus unde et
ala in una significatione est acies milita/
ris. Et dicunt̄ hic due propter metaphorā
seruādam. nā auis non uolat unica ala sed
duabus. dicit̄ autē exercitus eraclij iuasisse
ecclesiam sub rege persidis cōmorantēꝫ qꝛ
eraclius misit milites ex pte grecie ad re
cipiendum christianos fugiētes de perside
uel qꝛ regnum persidis sic fortit̄ inuadebat
in extremitatibus suis ꝙ cosdree bellato/
res erant ibi totaliter occupati ꝙ christia/
ni de pside facilius potuerūt in greciā tran
sire uel utroqꝫ modo [ubi alit̄ p temp⁹ ⁊c.]
id est p tres annos ⁊ dimidiū ut dictuꝫ est
supra [⁊ misit serpens ex ore suo post mu/
lierem aquā]. i. gentē multā secunduꝫ ꝙ di
citur infra. xvij. Aque multe populi multi
ad interficiēdū christianos fugientes [⁊ au
diuit terra mulierē]. s. habitatores grecie.
uel milites eraclij. modo predicto [⁊ absor/
buit flumen] qꝛ tunc gens a cosdree missa
fuit debellata [⁊ iratus est draco in mulie/
rē]. i. contra catholicā plebē [⁊ abijt facere
preliū cū reliquis de semine eius]. i. cum il
lis christianis qui non potuerūt fugere cū
alijs. uel cū eraclio ⁊ eius exercitu ne intra
rent regnū persidis. ideo subdit̄ [⁊ sedit su
per harenam maris] p mare quod est con/
gregatio aquaꝝ intelligit̄ cosdree regnum
quod erat ualde populosuꝫ. aque enī multe
populi multi. p arenā que ē ī littore maris

intelligiť extremitas regis perſidis ĩ qua
ſtetit exercitus coſdree ne eraclius cuʒ ſuo
exercitu poſſet tranſire.

Et uidi de mari⌋ Deſcripta pſe
cutõe eccleſie ſub coſdree hic
idẽ deſcribiť ſub eius filio ſibi
ſuccedente. Et diuidiť in tres
ptes. qꝛ primo deſcribiť ſucceſſio regũ. ſe/
cundo proceſſus prelij. ibi Et uidi. Tertio
terminus belli perſaꝝ ⁊ eraclij. ibi Si quis
habet aurẽ. Circa primũ dicit Johannes⌊⁊
uidi de mari⌋. i. de regno perſidis rõne p̃/
dicta⌊Beſtiã⌋. i. filiũ coſdree beſtialiť uiuen
tem⌊aſcendentẽ⌋ ad regni perſidis poteſta
teʒ⌊habentẽ capita ſeptẽ ⁊ cornua decẽ⌋ ex
ponať ſicut p̃cedenti ca. de patre ſuo⌊⁊ ſup
cornua eius decẽ diademata⌋ qꝛ capitaneis
ſuaꝝ acieruʒ impendit honorẽ quaſi regiũ
ut fortius decertarenť ꝯ eracliũ⌊⁊ ſup capi
ta eiꝰ nõia blaſphemie⌋ qꝛ dicti capitanei
prorũpebãt ĩ blaſphemiã chriſti ſicut ⁊ pn
ceps eoꝝ ut habeť parte ſequẽti⌊⁊ beſtia
quã uidi ſimilis eſt pardo⌋ pp̃ter uarietatẽ
uicioꝝ in q̃bus obſtinatus erat ſecundũ il
lud hiero. xiiij. ſi põt ethyops mutare pel
lẽ ſuã ⁊ pardꝰ varietates coloris ſui ⁊ uos
poteritis benefacere cũ didiceritis maluʒ⌊⁊
pedes eius ſicut pedes urſi⌋ habentes plan
tas magnas ad calcandũ ſic iſte hanelabat
ad calcandũ eccleſiã⌊⁊ os eius ſicut os leo
nis⌋ pp̃ter crudelitatem⌊⁊ dedit illi draco
uirtutẽ ſuam⌋ qꝛ coſdree pater eius tradi/
dit illi regnũ ſuum ſedens in turre ſua ar
gentea ut diciť in legenda exaltationis ſã
cte crucis⌊⁊ poteſtatẽ magnã⌋. i. exercitũ
fortẽ ad pugnandũ cõtra eracliũ⌊Et uidi⌋
Hic conſequẽter deſcribiť proceſſus prelij
Circa qď ſciendũ q̄ expoſitores aliqui di
cunt hic q̄ exercitus eraclij ⁊ exercitus fi
lij coſdree occurrerunt ſibi iuxta danubiuʒ
⁊ ex cõſenſu utriuſq; ptis eracliꝰ ⁊ coſdree
filius pugnauerunt ad ſingulare certamen
tali pacto q̄ uictus ſubijcereť uictori cũ to
to populo ſuo Eraclius autẽ uictor extitit
Et ſic filius coſdree cũ toto ſuo populo ei
ſe ſubmiſit. Et ſecũdũ hoc dicit Johannes
⌊⁊ uidi unũ de capitibus eius⌋. i. primum ⁊
principale caput. Unũ enim in ſcriptura ſa
cra aliquando poniť pro primo. geñ. primo.
Et facta ẽ ueſpere ⁊ mane dies unus. i. pri
mus. Et iſtud caput vnũ fuit filius coſdree
qui fuit vnũ de ſeptem capitibus beſtie ſi/
cut predictũ ẽ ca. precedenti de patre eius
coſdree⌊quaſi occiſũ in mortẽ⌋. i. deuictũ ⁊
ſubiectũ eraclio. ⁊ qꝛ p hoc non fuit mor
tuus ſimpliciter ideo non diciť occiſũ abſo
lute ſʒ quaſi occiſũ⌊⁊ plaga mortis eius cu
rata. ẽ⌋ qꝛ poſtea rebellauit eraclio ⁊ ſic cu
rata fuit ab eiꝰ ſubiectione. Sed illud quod
ſequiť. Et adorabunt beſtiã dicẽtes quis
ſimilis beſtie ⁊ poterit pugnare cũ ea. qua
ſi dicat nullus. nõ concordat cũ dicta expo
ſitione. q̄ enim deuictus ab eraclio rebel/
laret non eſt argumẽtuʒ q̄ eſſet inuincibi
lis ſed magis ad oppoſitum ſicut ipe iã fu
erat deuictus ab eraclio ⁊ pater eius plu
ries debellatus. Iteʒ qꝛ q̄ iſti expoſitores
dicunt q̄ hec rebellio fuit poſt receſſuʒ era
clij de perſide interfecto coſdree ⁊ reporta
to uexillo crucis dominice. hic autẽ diciť.
Et admirata ẽ uniuerſa terra poſt beſtiã
propter eius curationẽ. Et adorauerũt dra
coneʒ per quẽ intelligiť coſdree. non enim
adorauerũt eũ poſt mortẽ ſuam ſed ante ut
dictũ eſt ſupra. Propter quod aliter expo/
nitur hec littera de uulneratione letali filij
coſdree in uno cõflictu cõtra eracliũ a quo
uulnere contra ſpẽ humanã fuit ſatis cito
curatus propter quod gentes ſibi ſubdite
crediderunt in eo eſſe aliquid muniminis.
cuius uirtute fuerit ſic ſanatus ſicut patrẽ
ſuum adorauerãt ut dictũ eſt. ſecunduʒ hoc
diciť⌋⁊ uidi vnũ de capitibus⌋. i. filiuʒ co/
ſdree ratione iã dicta⌊quaſi occiſuʒ in mor
teʒ⌋. i. letaliter uulneratũ⌊⁊ curata ẽ plaga
mortis eius⌋ inopinabiliter⌊⁊ admirata eſt
uniuerſa terra poſt beſtiã⌋ pp̃ter talẽ cura
tionem⌊⁊ adorauerunt draconẽ⌋. i. coſdree
quia dedit poteſtatem beſtie tradendo re/
gnũ filio ſuo⌊⁊ adorauerunt beſtiã⌋. i. filiũ
coſdree credentes in eo aliquid muniminis
eſſe⌊dicentes Quis ſimilis beſtie ⁊c.⌋ quaſi
dicať nullus. qꝛ ſi in prelio uulnereť curabi/
tur ſicut prius⌊Et datũ eſt ei os loquens
magna⌋ per iactantiã ⁊ blaſphemias cõtra
chriſtũ et eccleſiam⌊⁊ data eſt illi poteſtas
facere menſes. xlij.⌋ qui faciunt tres annos
et dimidiũ. dictuʒ enim eſt ſupra q̄ bellum
eraclij contra perſas durauit ſepteʒ annis
⁊ ſic medietas illius tpis aſſcribiť coſdree
et alia medietas filio eius⌊⁊ datum eſt illi
bellũ facere cũ ſanctis ⁊c.⌋ quia ſanctũ ana
ſtaſium cũ. lxx. monachis ⁊ multos alios
interfecit⌊⁊ data ẽ poteſtas in omnẽ tribũ

95

⁊c.]quia multe gentes ⁊ diuersaꝝ linguaꝝ
erant sub potestate sua. Et est hic hipbo
lica locutio, accipiendo omnē populum ⁊ gē
tē p multo populo ⁊ gente sicut frequent
fit in scriptura ⁊ in cōmuni modo loquēdi
sicut dicit tota ciuitas est in tali festo ad de
notandū q sunt ibi multi de ciuitate. Et
similiter quod subdit [⁊ adorabāt eaꝫ om
nes ⁊c. quoꝝ non sunt scripta nomina in li
bro uite agni] .i. in libro pdestinationis di
uine qui dicit liber uite agni ratione dei/
tatis. ⁊ etiā ratione humanitatis inquātuꝫ
omnes predestinati saluantur in fide media
toris [qui occisus est ab origine mūdi] quod
duplici er pōt intelligi. Uno mō dispositi/
ue. q sic deus ab eterno disposuit mundū
facere. que quidē dispositio ppōt dici quedā
mundi origo inquantū ad exemplar mun/
di pconcepti eternalit a deo productus est
mūdus tēporaliter in effectu. unde boetius
libro de cōsolatione. Tu cuncta supna du
cis ab exemplo mūdū mente gerēs simileꝫ
imagine formans. Alio modo figuratiue. ⁊
sic ab initio mundi christ⁹ in abel fuit occi
sus. Nā occisio abel innocentis fuit figura
occisionis huius agni. vnde dicit augustin⁹
q fuit in abel occisus ⁊ in pphetis exho/
noratus [Qui hꝫ] Hic ultimo describit finis
belli persaꝝ ⁊ eraclij cū dicit [qui habꝫ au
rem] .i. intellectū [audiat] supple fineꝫ belli
eraclij ⁊ persaꝝ q perse q multos christia
nos duxerāt captiuos ab eraclio ⁊ eius ex
ercitu fuerūt captiuati [⁊ qui gladio occidi
tur ⁊c] q cosdree qui multos occiderat ab
eraclio est occisus [hic ē patiētia ⁊ fides san
ctorum] q Zacharias patriarcha hieroso
lymitanus qui cū alijs pluribus sanctis du
ctus fuerat in persidē captiuis habuit me
ritū patientie ⁊ per eracliū cum eis fuit in
hierusaleꝫ reductus [Et vidi aliā bestiam]
Descripta ecclesie psecutione ab cosdree ⁊
eius filio Hic consequent idē describitur
sub machometo ⁊ eius populo. Et diuidit
in tres ptes. Nā sic persecutio primo inci
pitur. secundo alia intercipit .xiiij. ca. ibi
Et uidi ⁊ ecce nubem. Tertio prima resu
mit .xvi. ca. ibi. et sex. Prima adhuc i tres
q primo ponit conditio secte saracenoꝝ. se
cundo psecutio christianoꝝ in prin. xiiij. ca.
Tertio punitio psecutoꝝ. ibi Et alius an
gelus. prima adhuc in duas. q primo poni
tur dicte secte conditio. secundo cuiusdā sē
tentie secrete velatio. ibi Hic sapientia est
Circa primū sciēdū q licet de inchoatione
secte machometi varie dicat a diuersis. ta
men cōuenientius tenet q incepit circa fi/
nem tēporis eraclij de quo dictū est in pte
pcedenti Hic autē machometus de paupta
te ad diuicias eleuatus cogitauit fieri rex
ismahelitaꝝ de quo populo erat q pprie di
cunt agareni. Naꝫ ismael fuit filius agar
ancille sare geñ. xvi. dicunt tamē vsurpati
ue saracen a sara libera. Ad optinendū ve
ro ppositū usus fuit cōcilio ⁊ auxilio cuius/
dā monachi heretici nomine sergij cōden/
do legem falsā ⁊ carnalē ⁊ quibusdā aucto
ritatibus ueteris ac noui testamēti colora
tam. vt sic non solū a gentibus ad carnalia
pronis sed etiā a simplicibus christianis et
iudeis de quibus aliqui habitabāt cū isma
litis facilius reciperet. finxit etiā legē illaꝫ
a deo reuelatā tanq prophete dei summo.
Igit de ipso dicit [⁊ uidi aliā bestiā] .i. ma
chometū uitā uoluptuosaꝫ ducentē que be
stialis dicit primo ethic. Nā fuit luxurio/
sus ⁊ libidinis ardore succensus sup omnes
homines oriētalis regionis. Jactans se so/
luꝫ sup. xl. homines ex diuino munere uir
tutē generatiuā ⁊ coeundi potestatē habe
re ut scribit oriētalis ecclesie libro primo
ca. v. qui aliter nominat .s. liber epi acōnen
sis q fuit actor huius libri [Ascendentē de
terra] q per mercationes ⁊ rapinas ascen
dit de paupertate ad diuitias ut dicit ibidē
[⁊ habebat cornua duo similia agni] .i. chri
sti cuius duo cornua dicunt hic prophetia i
quantū fuit viator put declaratū fuit luc.
vij. sup illud Propheta magnus surrexit i
nobis ⁊c. ⁊ latio legis noue. Machometus
uero finxit se esse prophetā ⁊ legis diuine
latorē ut dictū est. propter quod dicit habe
re duo cornua similia cornibus agni q nō
fuerunt talia secundū ueritatē sed secundū
humanā fixionem [⁊ loquebat sicut draco]
scilicet astute mendaciter ⁊ dolose [⁊ pote/
statē prioris bestie omnē faciebat] qd ex/
ponunt aliqui de potestate filij cosdree qui
supra nominatus ē bestia. Nā machomet⁹
⁊ eius sequaces potestatē regni persarum
transtulerunt ad saracenos. Et sic dicitur
hic fecisse omnē potestatem prioris bestie.
Sed huic expositioni videt contradicere q
sequit. ⁊ fecit terrā ⁊ habitātes in ea ado
rare bestiā primā. Nā auferendo potestatē

Mathometus

a persis non fecit adorare regem eoꝝ sed
magis contrarium. propter quod mihi ui-
detur saluo iudicio meliori q̄ hic prior be-
stia sit ipse Machometus qui dicitur be-
stia ratione uite bestialis ut dictum est. et
prima quia primus rex fuit saracenoꝝ be
stialiter uiuentiū. Modus autem primi re
gis i aliquo regno est regimen suū firma
re ⁊ dilatare quantū potest quod fecit ipse
machometus. ideo dicitur [⁊ potestatē prio
ris bestie omnem faciebat] quia quicquid
solet facere primus rex ad firmandū ⁊ di
latandum suā potestatem diligentius age-
bat [In conspectu eius] .i. prout sibi ad fi-
nem intentū expediēs uidebatur [⁊ fecit ter
rā ⁊ habitātes in ea adorare bestiā primā]
id est seipsum qui dicit bestia prima rōne
dicta non tamen fecit se adorare tanq̄ꝫ deū
sicut fecerat cosdree sed sicut prophetā dei
summū [cuius curata est plaga mortis] Ma
chometus enim in quodam bello fuit gra-
uiter vulneratus sed postea curatus ut di-
citur primo libro historie orientalis ecclesie
ca. quinto [⁊ fecit signa magna] falsa tamen
[ut etiā ignem faceret de celo descendere
in terram] hic accipit ignis metaphorice si
cut ⁊ alia que dicunt hic. machametus enī
postq̄ꝫ iam magnus erat effectus cepit ca-
dere epilentica passione. propter quod ne
ex hoc uilificaret dixit se hoc pati ex ap-
parentia gabrielis archangeli utpote ho-
mo purus non potens sustinere refulgētiā
ipsius sicut danielis. x. ca. dixit angelo sibi
apparenti. Domine mi in uisione tua disso
lute sunt cōpages mee ⁊ nihil in me remā
sit virium. angeli uero ignis uocant psal.
ciij. qui facis angelos tuos spiritus ⁊ mini-
stros ignē urentē. Sed quia istud erat fal
sum. ideo subdit [in cōspectu hominum] .i.
in opinione falso sibi credentiū. Dixerunt
⁊ sui discipuli q̄ lunam a se uocatā fecit de
scēdere que rōne luminis conuenit cū igne
⁊ sic secūdū opinionē hominū fecit ignē de
scendere [⁊ seduxit habitantes in terra] ꝓ
se ⁊ discipulos suos [propter signa] que fal
so dicta sunt de eo [in conspectu bestie] .i.
suiipius. Sciebat enim q̄ erant signa men
datia uel aliter [in conspectu bestie] id ē po
puli bestialis ⁊ de facili seducibilis qualis
erat populus ismaelitaꝝ habitans in de-
desertis [dicens habitantibus in terra] si-
bi subiecta [ut faciet imaginem bestie q̄ ha

Macthometus

bet plagam ꝛc̄.] hoc addit ad designandū
q̄ bestia hic accipit pro ipso machometo ⁊
non pro populo per ipm̄ decepto. dicit autē
eius imago lex ab eo data in quo represen
tat eius conditio ⁊ uita quā precepit firmi
ter custodire ⁊ hoc est q̄ dicit [ut faciant
imaginem ꝛc̄.] id est opere adimpleant eius
legem [⁊ datum est illi] .i. permissum a deo
[ut daret spiritum imagini] .i. uigorem sue
legi. Lex enim dicitur uiua quādiu uiget ⁊
mortua cum abrogatur [⁊ ut loquat imago
bestie] .i. sententiā suam ostendat sicut di
citur lex talis loquitur in tali casu. Nam
omnia fere accipiunt hic metaphorice [⁊ fa
ciet ut quicunq̄ꝫ non adorauerit ꝛc̄.] nam
precepit sub pena mortis legem suam habe
ri in magna reuerentia [⁊ faciet omnes pu
sillos ⁊ magnos ꝛc̄.] .i. omnes homines cu
iuscunq̄ꝫ conditionis [habere characterē]
id est circūcisionem ut dicunt aliqui. Nam
saraceni sunt circūcisi sicut ⁊ iudei. Sed lit-
tera sequēs dissonare uidetur cum dicit in
dextra manu aut in frōtibus suis quia cir
cuncisio non fit in ptibus istis. Et ideo Ↄ
characterem uidet hic intelligi determina
tus modus viuendi secundum legē macho-
meti quo saraceni ab aliis gentibus distin
guunt. ideo dicit [in dextera manu] quan
tum ad operationem [aut in frontibus suis
per apertam confessionem [⁊ ne quis possit
emere aut uendere] .i. cum saracenis ī suis
legalibus cōmunicare [nisi qui habet cha-
racterem bestie] .i. modum uiuendi dictum
[aut nomen] sicut saraceni ficti. Nam sicut
inter christianos sunt aliqui ficti propter
quod pmittunt cōmunicare christianis ue-
ris. sic est inter saracenos [aut numerū no
minis eius] sicut sunt serui saracenorum al
terius tamē legis qui cōmunicant cum eis
in humanis ec q̄ sunt de numero familie
domus saraceni [Hic sapientia est] Hic po
nitur velatio cuiusdā secrete sententie scili
cet numerus annorum respiciens macho-
metum. ideo dicit [hic est sapientia] .i. res
occulta ad intelligendum. quā capere ꝓprie
est sapientum [qui habet intellectum] uiua-
cem ⁊ penetratiuum occultoꝝ [cōputet nu-
merum bestie] .i. machometi qui bestia di-
citur ut patet ex predictis [numerus enim
hominis est. ⁊ numerus eius est sexcēti se
xāgintasex] scilicet anni. Et ad quid refe-
rat determinate iste numerus patet q̄ non

Sexcenti sex-
aginta sex anni.



96

refertur ad numerum annorum uite ipsius quia non tantuꝫ vixit.sꝫ.lxiij.annis ut habetur in histo i. li speculo. propter quod aliqui dixerunt ꝙ refert ad durationem legis ipsius que tantum debet durare. Sed hoc nan uidetur verum. Nam lex illa fuit data circa finem temporis eraclij. ut predictum est qui cepit imperare anno domini sexigētesimo decimotertio ⁊ imparauit. xxx annis. A fine auteꝫ huius tēporis vsqꝫ ad presentem annū qui est annus domini millesimus tricentesimus. xxix. fluxit maius tempus ut patet consideranti. ⁊ tamen adhuc durat lex machometi. propter quod aliqui dicunt ꝙ post mortem machometi lex eius fuit correcta p sapientes saracenos. et ab illa correctione debet incipere numerus annoꝝ durationis illius legis. Sed hoc nō videt̃ probabiliter dictum. tum qꝛ non diceretur lex mochometi sed sapientuꝫ. tuꝫ qꝛ illi sapiētes dicunt̃ fuisse discipuli machometi. Et sic illa correctio non fuit post eius dationem a machometo per tempus notabiliter magnū. ⁊ sic ab illa correctione iam fluxerunt sexingēti sexagintasex anni uł de ualde propinquo sunt complendi. et tamen lex machometi non uidet̃ hic propinqua cessationi. nam a paucis annnis multū inualuit. tartari enim qui sunt in maximo numero legem illā perceperunt pro maiori parte illius populi sicut audiui assertiue a quodā epo ordinis nostri qui p plures annos inter tartaros habitauit. propt̃ quod saluo meliori iudicio uidet̃ ꝙ iste numerus annoꝝ sit recipiendus ab incarnatione domini ⁊ terminandus in morte machometi de quo prophetice loquit̃ hic Joānes. qđ sic potest declarari. Nam ab anno incarnationis domini usqꝫ ad finē imperij eraclij fluxerunt anni sexingenti. xlij. ut patet ex predictis. Et machamet⁹ vixit. lxiij. annis. ut dictuꝫ est ⁊ isti numeri simul iuncti faciunt sexingentossex annos a quibus oportet subtrahere annos quibus machometus vixit cuꝫ eraclio. aliter illi anni bis cōputarent̃ ut patet intuenti. Isti uero anni estimant̃ probabiliter fuisse quadraginta. qꝛ machometus primo fuit pauper. ⁊ postea inualuit per mercationes. ⁊ postea per rapinas ⁊ fraudes anteqꝫ attentaret se regem facere ⁊ legē dare quam dedit circa mortē eraclij. ⁊ sic de uita machometi videnter probabiliter fluxisse. xl. anni ante tēpus mortis eraclij quibus demptis a sexingentissex remanent precise sexingenti sexagintasex anni ab incarnatione domini vsqꝫ ad mortem machometi. Et secundū hoc potest littera exponi numerus enī hominis .i. s. christi qui fuit homo perfectus scientijs ⁊ uirtutibus ab instāti incarnatōnis ⁊ numerus eius est .i. s. machometi sexingenti. lxvi. qꝛ tantus uumerus annoruꝫ fuit ab anno quo dominns factus ē homo vsqꝫ ad terminum vite machameti ut predictum est. Sciendum autem ꝙ liber apocalipsis fuit scriptus in greco in quo habet̃ hoc nomē anthemos vbi dꝛ hic sexingenti lxvi. cuius signatū proprium ē contrarius quod proprie conuenit machameto qui fuit contrarius christo negans eius diuinitatē ut predictū est. Et psequēs christianos ut dicet̃ in parte sequēti. signatum autē dicte dictionis accōmodatū est huic numero sexingenti. lxvi. Ad cuius intellectum sciendū ꝙ sicut in latino alique littere accōmodate sunt ad designandum numeros sicut littera. c. ponit̃ pro centū ⁊. l. pro quinquaginta ⁊ sic de aliquibus alijs. ita similiter in greco littere alique ponunt̃ pro numeris ⁊ ille quibus scribit̃ hoc nomen anthemos in greco signant hoc modo latino sexingenti lxvi. propter quod in aliquibus biblijs ponit̃ sic. numerus enim hominis ⁊ numerus eius est diclux que dictio signat apud latinos numerum predictū per litteras quibus scribit̃ quia littera. d. ponit̃ pro quingentis. i. pro uno. c. pro centum. l. pro quinquaginta. v. pro quinqꝫ. x. pro decem. ⁊ hec simul iuncta faciunt sexingentos sexaginta sex. ꝗ numerus cōpetit machometo modo dicto. Et qꝛ isti ponūtur ualde obscure ut patet ideo premittit̃. Hic est sapientia ⁊c̄.

Cap. xiiij.

Et vidi. Hic consequent̃ describit̃ premiū persecutionem machometi sustinentium. Et diuidit̃ in duas ptes. s. in partē principalem ⁊ incidentalē que incipit ibi Et vidi alterum angeluꝫ. Circa primū sciendum ꝙ sicut dicit̃ in cronica hugonis floriacen. circa finē imperij eraclij agareni ꝗ ⁊ saraceni dicunt̃ machometo duce ceperunt egyptum ⁊ ethiopiā grauiter inuadere. simul/

ter homarus machometi discipul⁹ damascũ ꝛ regionem phenicis ꝛ hierusalē totamq̃ʒ syriam occupauit. ꝛ antiochiaʒ cōprehendit ꝛ in his terris erant multi religiosi christiani in cenobijs magnis ducentoꝝ tricentorum ꝛ amplius monachoꝝ in castitate ⌊viuentium quoꝝ maior pars uel multi erant uirgines. Et in illa persecutione per gladium saracenoꝝ transierunt ad regnũ celoꝝ. Et hoc est ꝙ dicit hic Johãnes⌊ꝛ vidi ꝛ ecce agnus⌋id est christus qui dicit̃ agn⁹ dei. Joh. primo ⌊stabat super montem sion⌋ id est in ecclesia triumphante que dicitur mons sion. hebre. xij. ca. qui describitur hic stans eo ꝙ adiuuit dictos martyres in tolerantia martyrij. sicut act. septimo dicitur de staphano in agone posito ꝙ vidit iesum stantē. qꝛ stare proprium est adiuuantis in prelio. Sedere uero propriũ iudicantis. propter ꝙ marci vltimo describit̃ ut sedens a dextris dei⌋ꝛ cum illo centũ quadraginta quatuor milia⌋in tanto enĩ numero uel circiter estimantur predicti occisi probabiliter ⌊habētes nomē eius ꝛ nomē patris eius⌋ ꝛ per cōsequēs spiritussancti qui est nexus amboꝝ⌊scriptum in frontibus suis⌋per aptam ꝛ liberã confessionem ⌊ꝛ audiui vocem de celo tanq̃ʒ vocem aquarum multaꝝ⌋id ē multitudinis sanctoꝝ secunduʒ ꝙ dicitur infra. xvij. aque multe populi multi. multitudo enim centum quadragintaquattuor milium magnifice laudat deum de sua uictoria ꝛ gloria adepta ⌊ꝛ tanq̃ʒ uocē tonitrui magni⌋In quo designatur magnitudo laudis huius. non solum ex laudãtium multitudine sed etiã ex modo laudis ꝛ qualitate ⌊et uocē quã audiui sicut citharedoꝝ ꝛc̃.⌋ nam hec laus est corã deo ꝛ angelis gratiosa ⌊ꝛ cantabãt quasi canticum nouũ⌋qꝛ dicti laudantes sunt de numero sanctorũ noui testamenti ⌊ante sedem⌋.s. dei ⌊ꝛ ante quattuor animalia ꝛ seniores⌋.i. in presentia sanctoꝝ patriarcharũ ꝛ epoꝝ i celis existētiũ sicut dictũ ē supra quarto ca. ⌊ꝛ nemo poterat dicere cãticũ⌋ex voto enĩ cōtinētie habuerũt aliq̃d speciale in merito ꝛ similit̃ habēt in premio. sicut ꝛ de quolibet sancto cōfessore canit ecclesia nō ē inuētus similis illi rōne specialis meriti⌊qui empti sunt de terra⌋sãguine christi⌊hi sunt q cũ mulieribus non sũt coinquinati⌋vel simpliciter integritatē carnis tenēdo uel saltē post votũ castitatē

seruãdo⌊uirgines enim sunt⌋virginitas enĩ in scriptura aliquãdo accipit̃ stricte pro integritate carnis. aliquãdo magis large pro cōtinētia maxime voto cōsecrata⌊hi sequũtur agnum quocunq̃ʒ ierit⌋quia sequuntur christum non solum per uiam mãdatorum sed etiã cōsiliorum⌊hi empti sunt ex hominibus primitie⌋id ē gratiosi sicut primi fructus sunt magis delectabiles⌊ꝛ in ore ipoꝝ non est inuentũ mēdacium⌋nã ueritatē fidei confessi sunt omnino ꝛ constanter ⌊sine macula sũt ante tronũ dei⌋ nã si aliquã maculam contraxerant purgata fuit uirtute sui martyrij⌊Et uidi alterum angeluʒ⌋ Hec est pars incidentalis in qua describitur quedam infidelium cōuersio mirabilis. que cōtingit circa illa tēpora. Sanctus eniʒ bonifacius missus fuit a pontifice romano ad predicandum fidem catholicam gentibus turingie austrie frisie in qua legatione multos ualde cōuertit ad christuʒ. ꝛ hoc est ꝙ dicitur⌊ꝛ vidi alterũ angelum⌋.i. sanctum bonifacium. Nam angelus interpretat̃ nuncius. Ipse uero fuit nuncius verbi diuini ut dictum est⌊volanteʒ per medium celum⌋nã ueIociter ꝛ prompte executus fuit officium sibi iniunctum. ⌊habentem⌋ in corde ꝛ ore⌊euangeliũ eternũ⌋id est euangeliũ christi quod dicitur eternũ. Nã ei aliud nō succedet ⌊ut euãgelizaret sedētibus sup terrã ꝛc̃.⌋id est populis p̃dictis in quibus diuersificant̃ lingue saltē in aliquo. Et qꝛ non soluʒ paratus erat predicare dictis populis sed omnibus gentibus generalit̃ eũ audire uolentibus. ideo subdit̃⌊ꝛ sup omnē gētem ꝛc̃. dicēs magna voce⌋in qua notat̃ efficacia predicationis sue⌊timete dominũ⌋timore filiali⌊ꝛ date illi honorē⌋ sicut filius patri⌊quia uenit hora iudicij eius⌋generaliter in fine mundi ꝛ singularit̃ in morte cuiuslibet. nam in quali statu quis moritur in tali in iudicio presentabitur ꝛ adorate eum ꝛc̃.⌋qui est creator omnium⌊ꝛ nō idola vana⌊Et alij⌋Hic consequenter describitur punitio persequentium christianos. Et diuiditur in duas partes. quia primo describitur eoꝝ punitio. secundo huius occasione bonorum premiatio. ibi Et audiui vocē. Circa primuʒ sciendũ ꝙ cōstãs nepos eraclij cepit impare anno dñi sexingētesimo. xliij. et psuasus a paulo ꝯstãtinopolitano epo icidit i heresim monachelitaꝝ

97

duplicē naturā i chriſto negātiū ⁊ multos
eccleſie miniſtros non aſſentiētes hereſi di
cte grauiter afflixit. ⁊ in exilium relegauit
propter quod ſanctus Martinus papa cō/
uocato concilio dictam hereſim cū ſuis fau
toribus damnauit. propter quod in conſtan
tinopoliz fuit ductus ut aſſentiret dicte he
reſi quod rennuens in exilium fuit miſſus
⁊ ibidem mortuus. Et de hoc exponūt ali
qui locum iſtum cum dicitur [Alius ange/
lus] id eſt papa Martinus [ſecutus eſt] di/
cens dictam hereſim condemnando [Ceci/
dit babylon] id eſt imperiuz grecorum qđ
fuit magnum. nam imperatore in hereſim
cadente ut dictuz eſt multi alij ſimiliter ce
ciderunt. Et quia hoc erat confuſibile ideo
uocatur imperium illud babilon. i. confuſio
Dicitur autez hic bis cecidit propter dupli
cem caſum ſcilicet patriarche ⁊ imperato/
ris. Item ſciendum q̧ ſicut dicitur in croni
ca ſigiſberti Leo qui poſt theodoſiuz ſum
pſit imperiuz cepit imperare anno domini
ſeptigeſimo. xviij. ⁊ imperauit annis. xxiiij
⁊ anno imperio eius. xiij. papa Gregorius
tertius prefuit eccleſie ⁊ leonem hereſi de/
prauatum redarguit ⁊ de conſilio romano
rum ei uectigalia denegauit ⁊ ne percuſſu
ra ſui nummiſmatis reciperetur ordinauit
⁊ q̧ eius effigies de eccleſia tolleret̃ ⁊ ne
nomen eius i miſſaruz ſolēnijs recitaretur
Et ſecundum hoc exponitur ab eis q̧ ſub
ditur [⁊ tertius angelus]. i. papa Grego/
rius [dicens uoce magna] in quo notat̃ ordi
nationis ſue auctoritas [ſiquis adorauerit
beſtiam] leonem beſtialiter uiuentē deferē
do ei honorez imperialem [⁊ imaginez eiꝰ]
quam fecit de eccleſia remoueri ut dictuz ē
[⁊ accepit characterem in fronte ſua] con/
fitendo eum manifeſte imperatorem [aut in
manu ſua] accipiendo nummiſma eius cha/
ractere figuratuz [hic bibet de vino ire dei
⁊c.] penā excōmunitationis ⁊ aggrauatōis
incurrendo. licet autez hec expoſitio proba
bilis uideatur. q2 tamen ante imperatorem
conſtantem fuerunt imperatores alij tantū
uel magis hereſi deprauati ut patet ex ſu
pradictis. uidetur minus conuenienter ex/
poſitum q̧ dicitur ſupra ſcilicet de eius ca
ſu [cecidit babylon] id eſt impereum greco
rum modo predicto maxime cum eius filiꝰ
conſtantinus eccleſias diruptas reparaue/
rit. ⁊ contra hereſim machomelitarum in/
ſurrexit. vnde ⁊ uniuerſulem ſynodum con
ſtantinopoli congregauit ducentorum octo
gintanouem epiſcoporuz qui duas naturas
eſſe in domino noſtro ieſu chriſto cōproba
uerunt ⁊ oſtenderunt. Smuliter q̧ ſubdit̃
de Gregorio papa ⁊ leone impatore q̧ ac
cipiens leonis nummiſſa [bibet de uino ire
dei ⁊c.] excōmunicationem incurrendo vi/
detur minus conuenienter dictuz quia ſub
ditur [⁊ cruciabit̃ igne ⁊ ſulphure] per q̧ in
telligi uidetur pena gehenne que eſt eter/
na. vnde ſubditur [⁊ fluuius tormentorum
eorum in ſecula ſeculorum aſcendet] ⁊ ſic nō
uidetur loqui de pena excōmunicationis
ſeu corporalis incendij quam contigiſſe di/
cunt conſtantino filio leonis qui miniſtro/
rum eccleſie fuit maximus perſecutor. Pro/
pter quod ſaluo meliori iudicio uidetur lit
tera ab illo loco [⁊ alius angelꝰ ⁊c.] de ma
chomemeto ⁊ eius ſequacibus exponenda.
de quoruz perſecutione contra chriſtianos
ante fecerat mentionem ⁊ eorum penam nō
dixerat. Et ideo Johānes deſcribit hic cō
ſequenter eorum punitionem. ⁊ primo quan
tum ad penam temporalem. ſecundo quan/
tum ad penam eternam. ibi Et tertius an
gelus. Circa primuz dicit [⁊ alius angelus]
ſcilicet ſanctus Johanni loquens [ſecutus
eſt] hoc non refertur ad partem immedia/
te precedentem ſed ad precedentem in qua
locutus fuerat de centumquadragintaqua
tuor milibus interfectis pro chriſto ⁊ ſara/
cenis dicens eorum punitionem temporalē
[Cecidit babylon]. i. gēs babylonica. Nā
lex eius eſt cōfuſionibus plena q2 ibi laxa
tur uita uoluptuoſa que uita pecudū dicit̃
primo ethic. ⁊ etiā ꝓpter cōfuſum ꝓceden/
di modum. Nam inordinate tradit̃ ⁊ idem
frequent̃ ⁊ inutilit̃ repetit̃ nec ratione nec
ſcriptura auctentica fulcit̃ ut patet illam in
tuenti [Illa magna] nam gens illa in breui
fuit multum multiplicata ⁊ dilatata. dicitur
autem cecidiſſe quia circa tempora illa con
flixit cum romanis in quo conflictu tres
amorrei ſaracenorum cum multiſ alijs ſunt
pempti ut habetur i cronica Sigiſberti [q̄
a vino fornicationis ſue potauit omnes gē
tes] hiperbole eſt ad deſignandum magnā
multitudinem gentium errore machometi
infectam. concedit enim carnis delectabilia
ad q̄ multitudo hominū ē pna [Et tertius]
Hic ꝯſequēt̃ deſcribit̃ pena eoꝝ et̃na cū oꝛ

[⁊ tertius angelus] ſcilicet ad lr̄am uel ali
quis p̄dicator ſanctus cōtra machometi ſe/
cta. Si quis adorauerit beſtiā].i. machome
tū ut dictū eſt ca. precedenti ubi dictū ē de
eius imagine de eius characteris acceptio
one [hic bibet de uino ire dei].i. punietur
a deo grauiter [q̄ mixtū eſt mero] dicit͛ au
tem punitio dei uinū merū quādo quis pu
nit͛ tēporalit͛ ad eius correctionē. mixtū ve
ro quādo poſt punitionē tēporalē ſequitur
eterna ſicut eſt in ꝓpoſitio. q2 ſaraceni pu/
niti fuerunt morte tēporali ut predictum ē
⁊ cū hoc eterna ideo ſubdit͛ [⁊ cruciabitur
igne ⁊ ſulphure].i. pena gehenne [⁊ fumus
tormentoꝝ eoꝝ ⁊c̄] nā illa pena eſt eterna
a p̄te poſt [nec habēt requiez die ac nocte]
Nā ē continua ⁊c̄. patet ex dictis ca. p̄cedē
ti. Et quia ſecundū q̄ dicit auguſtin⁹ vna
cā quare permittunt͛ mali in hoc mundo ē
exercitiuz bonoꝝ in uirtute patientie. ideo
ſubdit͛ [hic patientia ſanctoꝝ eſt] quia pati
entia chriſtianoꝝ multociēs ⁊ multipliciter
exercita eſt p ſaracenos [Et audiui] Pars
iſta ab aliquibus exponit͛ de morte qua q̄s
morit͛ mundo p religionis ingreſſuz. Naz
illis tēporibus q̄dā uir potēs deuotione du
ctus reedificauit cenobiuz ſancti Benedicti
apud caſtrū caſinū q̄ p longobardos per
multos annos ante fuerat deſtructū ⁊ ibi/
dē ſeruiēs ſuo exemplo multos induxit ad
ſeruiendū chriſto tūc etiā tēporis multi no
biles in diuerſis p̄tibus relicta ad ſeruien
dū chriſto pompa ſeculari habitū religiōis
aſſumentes fuerunt mūdo mortui de quib⁹
ſecundū iſtos dicit͛. Beati mortui ⁊c̄. ⁊ etiā
q̄ ſubdit͛ iā dicit ſpiritus ⁊ requieſcāt a la
boribus ſuis. Nā a labore vite actiue tran
ſierūt ad requiē contēplatiue. Sed quia ſic
morientes mundo. nō moriunt͛ in domino
ꝓprie ſed magis incipiūt uiuere in ip̄o nec
a laboribus boniſ quieſcunt ſed magis eos
amore chriſti aſſumunt .ſ. vigilias oratōes
ieiunia ⁊ cōſimilia. Ideo melius uidet͛ dicen
dū q̄ hic poſt punitionez maloꝝ eternā de
ſcribitur retributio bonoꝝ eterna ſicut di
ctū eſt ſupra ut ſic oppoſita iuxta ſe poſita
magis eluceſcant. Ideo dicit͛ hic Johanni
[Scribe] tāq̄ȝ rē nobiliſſimā [Beati mortui
qui in domino moriunt͛].i. in cōfeſſione do
mini noſtri ieſu chriſti p palmam martyrij
quales fuerūt centū quadragintaquattuor
milia de quibus dictū eſt ca. p̄cedenti [am

modo iam dicit ſpirit⁹].ſ. ſanctus q̄ cū pa
tre ⁊ filio eſt deus. exprimit͛ tamē hic ſpe/
cialiter. naz opera ſunt meritoria p charí/
tatē p quā ſpiritusſanctus habitat in no/
bis. ⁊ ſic retributio mercedis quodā modo
ſpeciali attribuit͛ ei [ut requieſcāt a labori
bus ſuis] nā in beatitudine appetitus totali
ter quietat͛ [opera eniz illoꝝ] meritoria ui
te eterne [ſequunt͛ illos] in beatitudine quā
recipiūt p ipſis [Et uidi] Inchoata pſecutō
ne ſaracenoꝝ Hic int͛ponit͛ alia .ſ. longo/
bardoꝝ. ⁊ hoc ꝓpter ſucceſſionē t̄pis cuiuſ
ordinē iohannes ꝓſequit͛ in hoc libro. Et
diuidit͛ in duas p̄tes. Nam primo ponit͛ a
longobardis eccleſie liberatio. ſecundo plu
riū alioꝝ eam pſequētiū pcuſſio ibi Et p⁹
hec uidi. Circa primū ſciendū q̄ anno do/
mini ſeptingenteſimo. liij. hayſchulpus lon
gobardoꝝ rex in italia multū afflixit ec/
cleſiam propter quod ſtephanus papa tran
ſijt in franciā querēs auxiliū contra dictuz
regem quod impetrauit. ⁊ hoc deſcribit͛ in
hac parte que diuiditur iu duas p̄tes. quia
primo deſcribit͛ hoc auxiliū t̄pe pipini. Se
cunde tēpore Caroli magni filij ſui ibi Et
alius magnus. Circa primū dicit͛ [⁊ uidi ⁊
ecce nubē cādidā] per quā intelligit͛ regnū
francie cādidatū p̄ ceteris moribus ⁊ fide [⁊
ſup nubē ſedentē].ſ. pipinū regem [ſimilē
filio hominis].i. conformatū chriſto in fide
⁊ iuſtitia licet hec aſſimilatio fuerit ualde
longinqua [habētē in capite coronā aureā
nam reges francie ad lr̄am aurea corona
coronant͛ [⁊ in manu ſua].i. poteſtate ſua
[falcē acutā].i. exercitū ualde bellicoſum p
quā pipinus multas magnas uictorias ha/
buit [⁊ alius angelus].i. papa ſtephan⁹ [ex
iuit de tēplo] romane eccleſie [clamās uoce
magna].i. deprecās ex magno effectu [ad ſe
dentē ſup nubē].i. pipinū regē [mitte fal
cē tuā ⁊ mete] dirigendo exercitus tui po/
tentiā cōtra hayſchulpū tyrānizantē [quo/
niā uenit hora ut metat͛].i. ut eius tyran
nia p tuā potentia tollat͛ [q2 aruit meſſis]
id eſt ip̄e ⁊ exercitus obdurati ſūt in ſua
iniq̄tate [⁊ miſit q̄ ſedebat ſup nubē falcez
ſuā in terrā] nā pipinus valida manu itra
uit in italiam ⁊ meſſuit terram. Nā cōtra
hayſchulpum uiriliter pugnauit ⁊ reddere
ꝯpulit beato petro quecunq̄ȝ ſui iuris erāt
[Et alius angelus] Hic cōſequēter deſcri/
bit͛ auxiliū eccleſie cōtra longobardus t̄pe

Caroli magni. ⁊ diuidit̄ i duas ptes. quia
primo ponit̄ auxilium Caroli. Secundo di
latatio cultus diuini. xv. ca. Circa primum
sciendū ꝙ anno domini sexingentesimose/
ptuagesimoquinto Carolus rex francie ad
preces Hadriani pape intrauit italiam, cū
exertitu forti contra desideriū longobardo
rū regē ecclesiā multipliciter affligētē quē
impugnās tandē cepit ⁊ secū in franciā du
xit in quo longobardoꝝ regnuꝫ defecit. et
hoc est ꝙ dicit̄ hic [et alius angelus] scilicꝫ
Carolus magnus [exiuit de tēplo] .s. nomo
niensi in quo coronatus fuit ut habet̄ in
cronica Sigisberti [quod est in celo] .i. militā
tis ecclesie que frequēter celū nominat̄ in
scriptura [habēs et ipe falcē acutā] .i. exer
citū fortē immo exercitus patris sui fortio
rē [⁊ alius angelus] .i. papa Hadrian⁹ [exi
uit de altari] ad quod accesserat ꝓ misse ce
lebratione ut deus uellet ecclesiā ꝓtegere [q
habet potestatē supra ignē] .i. ad inferen/
dū excōmunicationis ⁊ aggrauationis pe/
nā quelibꝫ eniꝫ pena nomine ignis aliquā
do designat̄. Aliqui libri habēt Et aquaꝫ
sed nō est de textu ut habet̄ in libris cor/
rectis [Et clamauit voce magna ⁊c.] ex af
fectu magno deprecās Caroluꝫ ut ferret si
bi auxiliū [mitte falcē tuā acutā] .i. exerci/
tus tui potentiā [et vindemia botros] .i. lō
gobardos eoꝝ auferendo potētiā [quoniaꝫ
mature sunt vue eius] .i. longobardi sunt
destructioāe digni [⁊ misit angelus] .i. Ca
rolus [falcē suā] .i. exercitus potentiā. Aliq
libri habēt acutā in terrā. sed nō est de te
xtu [⁊ uindemiauit vineā terre] auferendo
potētiā longobardoꝝ de terra italie [⁊ mi/
sit in lacū ire dei magnum] Nā regē dedu
xit captiuū [⁊ calcatus est lacus extra ciui/
tatē] qꝛ regē cū vxore duxit in exiliuꝫ [ex
terrā suam ut dictum est [⁊ exiuit sanguis
de corporibus occisoꝝ] nā in regis captione
multi longobardi fuerūt occisi [usqꝫ ad fre
nos equoꝝ] nam ex sanguine occisoꝝ freni
militū Caroli fuerunt rubricati sicut in ta
libus bellis solet fieri [ꝑ stadia millesexigē
ta] nā fama huius uictorie Caroli fuit lon
ge lateqꝫ diffusa. s. per quattuor orbis par
tes ꝑ numerum dictū designatas. eo ꝙ est
numerus quadratus q consurgit ex ductu
numeri in seipsū sicut quaternarius q con
surgit ex ductu binarij in seipm̄. Nā bis
duo sunt quattuor ⁊ similiter nouenarius
q cōsurgit ex ductu ternarij. Nā ter tria
sunt nouem ⁊ sic est in proposito. Nā mille
sexigēta est numerus consurgēs ex ductu
quadragenarij in seipm̄. quadragesies enī
quadraginta faciunt millesexingēta ut pa
tet consideranti. ⁊ sic per numerum ꝑdictū
designant̄ quattuor orbis partes.

Cap̄. xv.

Et uidi aliud signū] Descripta
longobardoꝝ destructione Hic
consequent̄ describit̄ persecutio
pluriū ꝑsecutoꝝ ecclesie. Et di/
uiditur in duas partes. qꝛ primo proponit̄
hec ꝑsecutio. Secūdo subdit̄ ꝑsecutionis ex
ecutio ibi Et post hec uidi. prima in duas
qꝛ primo describit̄ ꝑsecutio dicta. secundo
subdit̄ ex hoc laus diuina ibi Et uidi. Cir
ca primū dicit̄ [⁊ uidi aliud signū] nā erat
rei future signatiuū [magnū ⁊ mirabile] nā
ꝑsecutiones inimicoꝝ eccclesie ꝑ hoc signa
te facte fuerunt diuina uirtute [angelos se/
ptē] de quibus postea singulariter dicetur
ca. sequēti [habentes septē plagas] id ē uir
tutes a deo inferendi eas [nouissimas] non
simpliciter sed respectu tꝑis preteriti sicut
gen̄. xxx. dicit̄ Cōgregamini ut annūcieꝫ q
uētura sunt uobis in nouissimis dieb⁹. Et
tamē illa sunt iaꝫ cōpleta a magno tēpore
[quoniā in illis consūmata ē ira dei] .i. per
illos posita ē uindicta dei de reprobis i ef
fectu. Ira enī ē appetitus vindicte. Ideo tūc
cōsūmat̄ cū in effectu ponit̄ [Et vidi] Hic
ↄsequent̄ describit̄ laus diuina que lꝫ secu
ta fuerit ꝑsecutiones reproboꝝ tamē hic ꝑ
mittit̄ executioni eaꝝ immediate. frequent̄
enī prius facta ponunt̄ post inscripta. ⁊ qꝛ
sancti in celo ꝓuidentes ꝑcussiones istas lo
cuti sunt anteqꝫ essent in effectu. dicit igit̄
Johānes [⁊ uidi tāqꝫ mare uitreū] .i. eccl̄aꝫ
militantē que sic nominat̄ rōne baptismi
ut dictū ē supra quarto ca. [mixtuꝫ igne]
sancti spiritus q dat̄ in baptismo [⁊ eos qui
vicerunt bestiā] .i. gentē sarracenicā hic ꝑ
bestiā designatā. eo ꝙ machometus cuius
sectā tenēt sic nomiat̄ supra ca. xiij. [⁊ ima
ginē eius] .i. similes saracenis [⁊ numerum
nominis eius] adherentes eis vel ꝑ nume/
rū nominis eius intelligant̄ infideles qui/
cunqꝫ christo contrariantes ⁊ ecclesie. Naꝫ
nomē numeri eius suprapositū ē anthemos
quod de principali significato signat cōtra
riū. s. christo ut dictū est supra ca. xiij. i fine

Septē enim plage seu ꝑsecutiones sequen
tes sunt saracenoꝝ ⁊ eis similiū ⁊ xp̄o ⁊ ec
clesie cōtrariantiū ut patebit inferius ꝑse
quēdo [stātes] p uite sanctitatē [habētes ci
tharas dei ⁊c.] ⁊ p hoc intelliguntur grāꝝ
actiones in uniuersa ecclesia de uictorijs se
quētibus contra reprobos ⁊ infideles. ⁊ qꝛ
ecclesie orationes ptim accipiunt̄ de ueteri
testamēto ⁊ ptim de nouo. ideo dicit̄ [can/
tantes cāticū moysi serui dei ⁊ cāticū agni
dicētes magna ⁊ mirabilia sunt opa] nā di
ctas uictorias attribuerunt potētie diuine
[iuste ⁊ uere sunt uie tue] obstinatos puni
endo ⁊ penitentes suscipiēdo. ideo sequitur
[qꝛ solus pius es] peccatores reuocando . iō
subdit̄ [quoniā omnes gentes uenient] .s. ad
fidē xp̄i ante finē mundi. multi etiā infide
les uidentes uictorias xp̄ianoꝝ mirabiles
que infra describunt̄ uexatione intellectui
eius dāte crediderunt in christū ut dicet̄ in
ca. sequēti specialiter de saxonib⁹ ⁊ h⁹mōi
[Et post hoc] Hic consequenter describit̄
septē plagaꝝ executio ⁊ diuidit̄ in duas p
tes. qꝛ primo ponit̄ persecutionis dispositio
secūdo ipa persecutio ca. xvi. Circa primuꝫ
dicit̄ [⁊ post hoc uidi ⁊ ecce apertū ē tem/
plum] .i. diuinū secretū p impletionē in ef
fectu [⁊ exierunt septē angeli] .i. dei nuncij
qui postea nominabunt̄ ꝑsequēdo [haben/
tes septē plagas] .i. habentes potestatē in
fligēdi septē uidictas [uestiti lapide mūdo]
i. christo qui dicit̄ lapis abscisus de mōte si
ne manibus danielis. ij. Et mundus qꝛ pec
catū non fecit nec est inuētus dolus in ore
eius. prima petri secundo. quo dicunt̄ indui
homines sancti. ro. xiij. Induimini dominū
nostrū iesum christū p imitationē operum
suorū. Ex hoc patet ꝙ p istos septem an/
gelos de quibus sigillati postea dicet̄ ho/
mines catholici ⁊ sancti intelligunt̄ [Et p̄/
cincti circa pectora zonis aureis [p hoc de
signatur castitas mētis q̄ precipitur ī nouo
testamento sicut p renes accintos castitas
corporis ptinēs ad uetus testamētū. math.
v. Audistis qꝛ dictū ē antiquis non mecha
beris. Ego autē dico uobis quicunq; uide
rit mulierē ad cōcupiscendū eā iā mechat⁹
ē eaꝫ in corde suo [⁊ unus de quattuor ani
malibus] .i. de quattuor euangelistis ut di
cunt aliqui dicentes ꝙ iste fuit lucas q ma
gis loquit̄ de punitione reproboꝝ. Sed se
cundum ea que dicta sunt supra ca. x. Iste
magis uidet̄ fuisse Marcus ubi dictū fuit
ꝙ per quattuor animalia intelligunt̄ quat
tuor ecclesie patriarchales siue quattuor
patriarche eis presidentes . Marcus uero
fuit uere patriarcha alexādrinus [dedit se
ptē angelis septē phialas ⁊c.] .i. potestateꝫ
puniēdi reprobos ex ordinatione diuina [⁊
impletū est tēpluꝫ dei fumo ⁊c.] p quod de
signatur diuina cōdescētio sicut. iij. reg. viij
dicit̄ ꝙ nebula impleuit domū dei domini
ad designandū dei p̄sentiā acceptando de/
uotionē salomonis ⁊ populi. sic in proposi/
to deus percutiēdo reprobos condescendit
electis [⁊ nemo poterat introire in tēplum
⁊c.] quod exponunt aliqui de ecclesia hiero
solymitana quā fideles nō ītroierūt donec
septē plage sequētes consummate fuerunt
quod cōpletū fuit tēpore godefridi ducis lo
thoringie capta hierusalē p christianos Sꝫ
hoc dictū nō uidet̄ uerum Naꝫ ante cōple
tionē septē plagarū habitata fuit hierusa/
lē a christianis ut uidebit̄ ca. sequenti. ꝓpt̄
quod aliter est dicēdū scilicet ꝙ iohānes di
cendo ꝙ nemo poterat ⁊c. alludit ei ꝙ dici
tur. iij. reg. viij. Nebula impleuit tēplū do
mini. ⁊ subdit̄. Et nō poterant sacerdotes
stare qꝛ retraxerūt se propter reuerētiā p̄
sentie dei ut diffusius dictū fuit ibidē. per
hoc ergo ꝙ dicit̄ ⁊ nemo poterat ⁊c. desi/
gnat̄ ꝙ ministri ecclesie reuerentius soli/
to se habeant ad deū ut impleant̄ plage su
per inimicos ecclesie ut sic liberius possint
ecclesias ingredi ad celebrandum officium
diuinū sublato impedimento infidelium.

Et audiui] Descripta dispositiō
ne ad septē plagas inferendas
Hic cōsequent̄ describit̄ execu/
tio eaꝝ. ⁊ primo in generali cū
dicit̄ [⁊ audiui uocē magnā] i quo denotat̄
magnitudo auctoritatis diuine [de templo]
scilicet glorie dei [dicētē septem angelis Ite
⁊c.] ad exequendam diuina mandata de re
proborum punitione [Et abijt] Hic conse/
quenter ponitur executio in speciali. ⁊ po/
test diuidi in septem partes secundum nu/
merum septem plagarum que patebunt p
sequendo. Circa primum sciendum ꝙ cōstā
tinus q cepit imperare anno domini sexi
gentesimo. xlij. fuit pessimus. nam sicut di
cit sigisbertuus imaginē xp̄i ⁊ sanctoꝝ ab
ecclesijs remouit. eosq; q dei gēitricē iuoca
bāt ⁊ q uigilias i ecclesijs egebāt. ⁊ qui a

99

iuramentis ⁊ ab inmundis abstinebant pa
trimonijs priuauit ⁊ multipliciter cruciauit
monachos etiam ⁊ moniales cõtrahere ma
trimonia coegit quod multi ꝯvitãtes ab eo
martyrizati sunt postea vero imperãte he
rene vxore leonis cũ filio suo ꝯstãtino quo
rum imperium incepit anno domini septin
gentesimooctuagesimosecundo. hadrianꝰ pa
pa ad instantiaʒ patriarche constantinopo
litani congregauit synodũ in nicea in quo
condẽnauit heresim execrantiũ imagines
christi ⁊ sanctoꝝ qꝛ sunt libri laicoꝝ monẽ
tes eos ad deuotioneʒ. Unde ⁊ beatus Lu
cas imagines christi ⁊ beate marie uirgi/
nis primo dicit̃ depinxisse. cõdẽnauit etiã
heresim felicianam que ponit in christo du
plicem dei filiationem scilicet uerã in natu
ra diuina ⁊ adoptiuam in humana ad qd̃
sequitur in christo duplicem esse personam
vnã in natura diuina aliã in humana sicut
dixit nestoriꝰ ⁊ ad hoc sequit̃ ꝙ beata uir
go nõ sit mater dei sed tantum hominis.
Jste vero hereses habent similitudineʒ cũ
perfidia machometi. Nam saraceni imagi
nes execrant̃. dicũt etiam iesum filium ma
rie virginis esse hominem purum. Jgit̃ de
damnatioue huius duplicis heresis dicit̃ [⁊
abijt primus angelus] .i. papa hadrianꝰ san
ctus ⁊ bonus [⁊ effudit phialã suã i terrã]
proijciẽdo excõmunicationis sentẽtiã i ter
renos homines dictas hereses tenentes [⁊
factum est vulnus seuũ ac pessimum] nam
excõmunicatio que ẽ spiritual' plaga peior
est ꝙ̃ tẽporalis pena in obstinatis [in ho/
mines qui habebãt characterẽ bestie] .i. si
militudinem machometi modo predicto [⁊
eos qui adorauerunt imaginem eius] refe/
rendo principes machometo cõformes [Et
secundus] Hic ponitur plaga secunda. Cir
ca ꝙ sciendum ꝙ aliqui ciues romani con
tra Leonem papam qui prefuit ecclesie an/
no quinto hirene ⁊ constantini eius filij cõ
iurauerunt ⁊ linguam bis prescindentes et
oculos eruẽtes et euʒ in suo sangnine vo/
lutatum quasi semimortuũ reliquerũt. de
hoc igit̃ exponũt aliqui litteram istam di
centes ꝙ ille ciuis romanꝰ qui alios indu/
xit ad dictam enormitatem dicit̃ hic ange/
lus secundus q effudit phialam suã in ma/
re. i. ecclesiam ratione baptismi mare no/
minatam. Jlle nanqꝫ ciuis effudit maliciaʒ
suã ⁊ iram in papaʒ qui erat caput ecclesie

Et factus est sanguis tanqꝫ mortui quia
papa fuit cruentatus suo sanguine et qua/
si mortuus relictus. Sed istud non videtur
rationabiliter dictuʒ quia sicut patet ex p̃
dictis per septeʒ angelos intelligũtur viri
septes catholici ⁊ sancti. Jste uero ciuis ro
manus fuit pessimus. Jtem ꝙ subditur Et
omnis anima viuẽs mortua est in mari nõ
bene consonat predictis. nam alij de ecclesia
non fuerunt occisi cum leone papa quia ꝑ
secutio illa fuit personalis. Jdeo aliter po/
test exponi et melius ut uidetur de Caro
lo magno rege francie qui tempore illo sa
xones debellauit qui pro mare hic designã
tur propter multitudinem illius populi ex
modo loquendi quo dicitur infra. xvij. ca.
Et vidi angelum] Descripta in generali et speciali septima plaga Hic consequenter describitur ecclesie promotio noua. Et diuiditur in duas. quia primo describitur hec promotio secundo christianorum iterata persecutio. ibi Et uidi sedes. Sciendum tamen quod primam partem et secundam in parte exponunt aliqui de Calixto papa et henrico imperatore huius nominis quinto. quia cogente eum papa sub interiectione anathematis renunciauit consuetudini qua usi fuerant imperatores scilicet inuestiendo episcopos et abbates per baculum et annulum per tricentum annos et amplius. scilicet a tempore Caroli magni que potestas ei concessa fuerat ab Hadriano papa in consilio rome celebrato ut habetur in cronica Sigisberti. et sic exponunt hanc litteram[et uidi angelum] id est papam Calixtum [habentem clauem abyssi] id est potestatem excomunicandi qua segregatur quis a consortio fidelium[et cathenam magnam in manu sua] id est multitudinem cardinalium et prelatorum in hoc facto sibi assistentium[et apprehendit traconem] id est romanum imperatorem[et ligauit eum] per censuram ecclesiasticam ne amplius dicto modo usurparet sibi ecclesiasticam iurisdictionem [per annos mille] id est per tempus christi quod currit usque ad antichristum. Et ponitur hic numerus determinatus pro indeterminato. sicut per vigintiquattuor seniores designatur vniuersitas episcoporum supra capitulo quarto[et signauit super illum ut non seducat et cetera.] id est sub pena excommunicationis restrinxit eum ne amplius se intromittat de iurisdictione ecclesiastica. ideo subditur[et uidi sedes] id est summi imperatoris et pontificis distinctas iurisdictiones [et sederunt super eas et cetera] unus exercens ecclesiasticam iurisdictionem. et alius temporalem. Sed huic expositioni non consonat sequens littera que sequitur in eodem uersu Et animas decollatorum et cetera. quod exponunt aliqui de persecutione saladini in qua multi christiani fuerunt occisi. Item de hoc sathana allegato per mille annos dicitur hic quod post hoc oportet illum solui modico tempore. quod exponuut de antichristi tempore in quo laxabatur potestas demonis ad decipiendum gentes. et ideo quod dicunt hic per sathanam intelligi romanum imperatorem videtur esse contradictio. et per consequens nimis extorta expositio propter quod exponendo litteram istam tanquam impletam de preterito saluo iudicio meliori uidetur hec littera melius exponi de papa Innocentio qui approbauit ordines fratrum minorum et predicatorum per quorum doctrinam et predicationem ecclesia est quodammodo renouata. et potestas demonis est restricta. unde multe demonum illusiones que ante fiebant cessauerunt. et hoc est quod dicit Johannes[Et uidi angelum] id est Innocentium papam tercium[descendentem de celo] id est apice pontificali condescendentem sanctis Francisco et Dominico[habentem clauem abyssi] id est potestatem approbandi dictos ordines ad reprimendam potestatem diaboli[et cathenam magnam] id est fratrum utriusque ordinis multitudinem[et apprehendit traconem et cetera.] quia per eorum uitam et doctrinam potestas demonis est repressa. et reprimetur usque ad antichristi tempora. ideo subditur[et ligauit eum per annos mille] quia tamen tunc potestas eius laxabitur. ideo subditur

⌊Et post hoc oportet illum solui modico tē
pore⌋nam antichristi persecutio breuis erit
respectu persecutionum precedentium scili
cet iudeorum tyrannorum hereticorum sa/
racenorum ⌊Et vidi sedes⌋ Hic ponitur
christianorum renouata persecutio quam
aliqui exponunt de persecutione saladini
ut dictum est. Sed mihi uidetur melius ex
poni de tartaris qui anno domini millesi/
mo .ccij. de terra sua exeuntes multos po/
pulos tam christianos q̈ȝ paganos ⌊occide/
runt ⁊ sic dicitur⌊Et vidi sedes⌋ id est plu
rium regnorum metropoles ciuitates⌊⁊ se
derunt super eas⌋ scilicet tartari eas subij
ciendo sibi⌊⁊ iudicium datum est illis⌋ id ē
potestas interficiendi homines secundum
demerita illius temporis⌊⁊ animas decolla
torum⌋hoc dicitur quantum ad christianos
ab eis occisos nomen iesu christi confiten/
tes ⁊ machometum qui supra bestia dicitᷣ
⁊ legem eius ⁊ mores ⁊ cultuȝ totaliter de
negantes⌊⁊ vixerunt⌋uita glorie in anima
bus ⌊ceteri uero mortuorum⌋ quantum ad
paganos ⁊ infideles occisos a tartaris⌊non
vixerunt⌋scilicet vita glorie sed mortui fue
runt in animabus morte gehenne ⌊donec
consumentur mille anni⌋id est tempus chri
sti. nam resurgent cum alijs in fine mundi
ut puniantur simul in anima ⁊ corpore⌊hec
est resurrectio prima⌋hoc refertur ad illud
quod dicitur de christianis . Et uixerunt
scilicet uita glorie in animabꝰ suis que glo
rie vita dicitur hic resurrectio prima . Se
cunda uero erit quando resurgent in cor/
poribus gloriosis. Et quia isti iam sunt se
curi de sua beatitudine quam iam habent
in anima ⁊ postea habebunt cum hoc in
corpore. ideo subditur⌊In his secūda mors⌋
id est pena gehenne ⌊non habet potestateȝ
sed erunt sacerdotes dei et cetera⌋id est co
lentes euȝ charitate perfecta⌊⁊ regnabunt
cum illo mille annis⌋ hoc est usqȝ ad resur
rectionem generalem . Et sic patet ꝙ loqᷓ
tur de gloria quaȝ habēt sancti ante diem
iudicij. Patet igitur qualiter hec littera a
principio . xvij . capituli usqȝ ad istum locuȝ
potest exponi ut iam completa. veruntamē
hec expositio impropria uidetur in pluribꝰ
⁊ extorta . primo quia . xvij . capitulo dictuȝ
est ꝙ per bestiam habentem capita septeȝ
intelligitur rex egypti. ⁊ per mulierē for
nicariam rex turchie . ⁊ postea dictum est
ꝙ vnum de septem capitibus bestie scilicet
sextuȝ est rex turchie qđ dissonat precedē
tibus . maxime quia rex egypti ⁊ rex tur
chie erant adinuicem inimici ut in eodem
capitulo dictum est ⁊ etiam supra. Item ca
pitulo . xviij . ubi agitur de punitione secte
saracenice sub nomine babylonis plura di
cuntur ex quibus videtur intelligi totalis
eius destructio cum dicitur Cecidit baby/
lon magna ⁊ facta est habitatio demonio/
rum et cetera . Item ex eo ꝙ postea subdi
tur In vna die venient plage eius mors ⁊
luctus ⁊ fames ⁊ igni cōburentur. Item ex
eo qđ postea subditur in eodem capitulo
Hoc impetu mittetur babylon ⁊ ultra iaȝ
non inuenietur ex quibus uidetur intelligi
eius destructio totalis secundum expositio
nem dictam cum tamen saraceni remanse/
runt in regno egypti ⁊ turchie que tunc
non fuerunt per christianos acquisita nec
postea sed solum vna pars syrie ⁊ iudee .
Et cum hoc ista loca perdiderunt christia
ni pro maiori parte saladini quasi per octo
ginta annos postquam fuerant a christia/
nis occupata. Et postea illa que remanse/
rant christianis scilicet achontripolis ⁊ que
dam alia fuerunt a saracenis scilicet partiȝ
detracta ⁊ partim possessa. Item ꝙ postea
xix . capitulo exponitur de balduino rege
Et in capite eius diademata multa propter
aliquas ciuitates regias quas acquisiuit vi
detur improprie dictum quia regnum eius
nunq̈ȝ sic creuit quin remanserit satis par
uum. Item qđ ibi subditur habens nomen
scriptum ꝙ nemo nouit nisi ipse quia no/
men dicti regis ⁊ eius conditiones fuerūt
alijs note. talis etiam occultatio nominis vi
detur conuenire tantum diuinis personis.
Mathei vndecimo. Nemo nouit filium ni
si pater neqȝ patrem quis nouit nisi filiꝰ ⁊
cetera . propter hoc littera non videtur in
telligi de rege balduino sed tantum de chri
sto. unde ibi subditur. ⁊ vocabitur nomen
eius uerbum dei quod nomem conuenit so
li filio in diuinis ut patet Johannis primo
Uerbum caro factum est et cetera. Itē ꝙ
postea subditur. ⁊ habet in uestimento suo
⁊ in femore suo scriptum rex regum ⁊ do
minus dominantinm de christo exponitur
ad litterā a sanctis ⁊ doctoribus catholicis

Item illud quod ibidem interponit⌊Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum ⁊ cetera.q̄d expositum est de templarijs et hospitalarijs non uidetur bene dictuȝ. Nā illa victoria notabilis que ibi describitur fuit anno quinto regni balduini ut dictum est supra. qui regnare cepit anno domini millesimo centesimo Ordo vero templariorum approbatus fuit anno domini millesimo centesimo uigesimooctauo. ⁊ exemplo templariorum hospitalarij ceperunt in armis exerceri.licet ante eos fuissent instituti ut dicit episcopꝰ athonēsis capitulo.lxv. ⁊ sic non uidetur ꝙ fuerunt in exercitu dicti balduini regis qui regnauit. xviij.annis tantum.ut dicit ibidem athoneñ.capitulo.lxxxxiij. Item secundum expositionem preditam omnia scripta in tribus dictis capitulis huius libri ab annis .cc. ⁊ amplius sunt completa.ut pꝫex predictis. littera uero sequens ⁊ immediate exponitur ab omnibus de tempore antichristi. ꝙ autem de statu ecclesie quantum ad contingentiaȝ in tanto intermedio tempore cum adhuc aduentus antichristi propinquus non appareat nihil scripsit Johannes non uidetur conueniens,maxime cum dicatur communiter a doctoribus ꝙ Johannes in hoc libro scripsit notabilia circa ecclesiam contingentia vsqꝫ ad mundi terminum. Propter hec ⁊ alia plura que dici possent contra expositionem predictā videtur saluo meliori iudicio ꝙ tota littera a principio.xvij.capitulo vsqꝫ ad locum istum nondum sit impleta. Et quia non propheta sum nec filius prophete nolo de futuris aliquid dicere nisi illud ꝙ a scriptura sancta uel dictis sanctorum ⁊ doctorum auctenticorum elici potest propter quod expositionem littere dicte sapientioribus dimitto. Si vero circa hoc dominus dederit mihi intellectū libēter alijs communicabo⌊Et cum consummati⌋Hic describitur persecutio antichristi de qua sacra scriptura ⁊ sancti loquūtur in pluribus locis cum dicitur⌊⁊ cnm consummati fuerūt mille anni⌋id est tempus ecclesie vsqꝫ ad tēpus antichristi⌊soluetur sathanas⌋cuius potestas fuit restricta per christi predicationem ⁊ eius passionem. ⁊ per apostolorum ⁊ sanctorum ⁊ predicatorum doctrinam. Sed relaxabit̄ antichristi tempore. ideo subdit̄

⌊⁊ seducet gentes que sunt super quattuor angulos terre⌋quia de omnibus mūdi partibus aliqui adherebunt antichristo seducti a suis predicatoribus diabolo cooperante mendacibus signis.secunda thesi.secundo capitulo.sicut euangelium christi publicatum fuit per apostolos domino cooperante ⁊ sermonem confirmante sequentibus signis ueris. Marci ultimo ⌊gog ⁊ magog⌋ per gog que interpretatur tectum intelligitur antichristus que erit demonis habitantium.per magog que interpretatur de tecto intelliguntur adherentes antichristo sicut dictum fuit plenius.ezech.xxxix.⌋ Et congrebabit eos in prelium⌋ contra cetum fidelium⌊Et ascenderunt super latitudinē terre⌋ad cogendum omnes antichristo obedire.loquitur tamen hic de futuro per modum preteriti propter certitudineȝ prophetie ꝙ frequenter fit in prophetis ⌊⁊ circuierunt castra sanctorum⌋id est christianorum ad eos destruendum⌊⁊ ciuitatem dilectam⌋ id est hierusalem que tunc a christianis habitabitur. ut dictum fuit ezech.xxxix⌊Et descendet ignis a deo de celo⌊quia antichristus fulminabitur per michaelem archangelum christo precipiente ⁊ magna pars sui exercitus peribit cum eo ut dictum fuit secunda thesi.secundo⌊ Et diabolus qui seducebat eos et cetera⌋ quia tunc restringetur sicut prius ⁊ amplꝰ potestas sua religabitur in inferno⌊ubi ⁊ bestie⌋id est bestialiter uiuentes ⁊ pseudo prophete antichristi qui eos decipient⌊cruciabuntur die ac nocte et cetera⌋id est sine fine. per hoc autem ꝙ dicitur hic. Et circuierunt ciuitatem dilectam ⁊ descendet ignis et cetera. patet ꝙ Johannes non loquitur hic de tartaris ut uoluerunt aliqui dicere quia nō inueniuntur tartari hierusalem a christianis habitatam obsedisse.nec ignis de celo descendens eorum exercituȝ deuorasse⌊Et uidi thronū⌋Superius Johānes descripsit statum ecclesie generale iudiciū pcedentē Hic consequenter describit ipm iudicium dicens ⌊et uidi thronum magnuȝ⌋ in quo designatur iudicantis christi potestas infinita⌊Cādiduȝ⌋in quo designat̄ iudicij claritas q̄d notum erit omnibus esse iustum ⌊et sedentem super eum⌋scilicet christum hominē et deuȝ. A cuius conspectu fugit terra et celū

Nam tunc immutabuntur a statu in quo
sunt[et vidi mortuos magnos ⁊ pusillos]
quia sicut dicit apostolus secunda corinth.
quinto. Oportebit nos omnes manifestari
ante tribunal christi[⁊ libri aperti sunt]sci
licet conscientiarum. nam omnia merita et
demerita omnibus erunt nota vt sic appa
reat omnibus iudicantis iusticia [⁊ alius li
ber apertus est qui est liber uite] ⁊ hic li/
ber idem est ꝙ predestinatio diuina que di
citur liber metaphorice eo ꝙ in ea repre/
sentātur expresse illi qui ordinati sunt sim
pliciter ad consequendum vitam beatam q
liber aperietur in iudicio quia tunc appare
bit manifeste qui sunt ad beatitudinem as
sumendi ⁊ qui non [Et iudicati sunt mor/
tui ex his que scripta erant in libris] scili/
cet conscientiarum quia non solum iudica/
buntur secundum opera ⁊ dicta. sed etiam
secundum intentiones interiores ⁊ cogita/
ta. [Et dedit mare mortuos ⁊c.] Istud fi/
et ante iudicium quod precedet resurrectio
mortuoruz licet hic scribatur post. quia fre
quenter in sacra scriptura prius facta po/
sterius narrantur. Resurgent autem tā di
mersi in mare q̄ȝ in arida mortui qui per
mortem hic designatur. anime etiam in in
ferno detente redibunt ad corpora. licet iaz
sint mortue morte culpe ⁊ gehenne. ideo di
citur hic[ꝙ infernus dedit mortuos suos ⁊
iudicatum est de singulis] repetitio est eiꝰ
ꝙ dictum est supra ad maiorem assertionē
[⁊ infernus ⁊ mors missi sunt in stagnum
ignis]id est in penam gehenne. ⁊ per mor
tem hic intelligitur diabolus cuius inuidia
mors intrauit in orbem terraruz. sicut sol
dicitur effectiue calidus ⁊ non formaliter.
demones enim sunt immortales. Per infer
num autem intelliguntur peccatores dam/
nati cum demonibus. sicut enim consentiūt
eis in culpa sic associabuntur in pena. Ma
thei. xxv. Ite maledicti in ignem eternum
qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius ⁊c.

Cap. xxi.

T vide celum nouum] Descri
pto finali iudicio. Consequēter
describitur ecclesie status post
iudicium. ⁊ primo in generali.
secundo magis in speciali. ibi Et uenit unꝰ
Circa primum predicit Johannes innoua/
tionem mundi sensibilis dicens [⁊ vidi celū
nouum ⁊ terram nouam]⁊ per ista duo in
telliguntur elementa media ignis aqua et
aer. Hec enim omnia innouabuntur ⁊ in
melius mutabuntur. ideo subditur [Primū
enim celum ⁊ prima terra abijt et cetera]
non est per hoc intelligendum ꝙ mutetur
eorum substantia. sed ea manente meliora/
buntur in qualitatibus ⁊ proprietatibus ut
in claritate diaphanitate in similibus. ⁊ to
tum cedet ad gloriam electorum qui ex cre
aturis laudant deum [Et ego] Hic secun/
do Johannes describit innouationem hu/
mane nature quantum ad electos dicens
[vidi ciuitatem sanctam hierusalem] id est
electorum societatez perfecta charitate vni
tam[nouam] quantum ad corporum gloriā
corpora enim sanctorum que modo sunt cor
ruptibilia grossa ponderosa ⁊ obscura re/
surgent immortalia subtilia agilia ⁊ clara.
⁊ quia hoc fiet per gloriam animarum ad
corpora redundantem. ideo subditur[descen
dentem de celo] empyreo ut corpora resu/
mant ⁊ in iudicio compareant[a deo para/
tam]dotibus anime ⁊ corporis ideo subdit̄
[sicut sponsam] et cetera [Et audiui] Hic
tertio describit Johannes finalem consum
mationem. et primo quantum ad electos. se
cundo quantum ad reprobos. ibi Timidis
autem. Circa primum dicit [et audiui uocē
magnam de throno] scilicet diuine maiesta
tis[dicentem ecce tabernaculum dei cuz ho
minibus]id est cohabitatio dei cum homi/
nibus inseparabilis. quia beati habebunt
semper eam presentem per apertam uisio/
nem ⁊ perfectam fruitionem. Et quia per
hoc excluditur omne malum culpe ⁊ pene
ideo subditur[et mors ultra non erit ⁊c.]
[que prima abierunt] Nam in ecclesia mili
tante que dicitur terrestris hierusalez ista
sunt et erunt vsqȝ ad iudicium [et dixit q
sedebat in throno] scilicet deus trinus et
vnus [ecce noua facio omnia] scilicet celos
elementa et electorum corpora ut patet ex
predictis [et dixit mihi scribe et cetera]ad
informationez ecclesie et cetera[et dixit mi
hi factum est]id ē consummatū est gaudiū
electorum[ego sum alpha et o]qđ exponi/
tur cum subditur [id est principium et fi/
nis] Alpha enim est prima littera greca et
o vltima. deus enim est principiuz effectiuū

a quo omnia producuntur ⁊ finis in quem
omnia ordinantur⌊Ego sicienti⌋id est de/
bito modo desiderāti⌋ dabo de fonte aque
viue⌋id est participationem uite beate⌊gra
tis⌋licet enim habentes gratiam mereant̄
de condigno beatam vitam tamen ipā gra
tia per quam opera fiunt meritoria de con
digno gratis datur aliquando gratia iam
non esset gratia. ad Ro. xi. ⌊qui uicerit⌋car
nem mundum ⁊ diabolum ⌊possidebit hec⌋
hereditate perpetua ⌊⁊ ero illi deus⌋ dans
gloriam⌊⁊ ipse erit mihi filius⌋ per assimi
lationem perfectam. prima Johannis. iij. cū
apparuerit similes ei erimus quia uidebi/
mus euz sicuti est⌊Timidis⌋Hic consequē
ter ponitur finalis consummatio quantum
ad probos cum dicitur⌊Timidis autem⌋ti/
more mundano declinantibus ad peccata
mortalia ⁊ in eis perseuerantibus⌊⁊ incre/
dulis⌋id est iudeis saracenis ⁊ ceteris fidē
catholicam respuentibus⌊⁊ execratis⌋ id ē
reuertentibus ad peccata enormia post eo/
rum condonationem sicut canis ad uomitū
⌊⁊ homicidis⌋facto uel uoluntate delibera/
ta⌊⁊ fornicatoribus⌋⁊ per fornicationem in
telliguntur cetera carnis uicia⌊⁊ ueneficis⌋
id est magis ⁊ sortilegis⌊⁊ idolatris⌋ cultū
deo debitum tribuentibus creaturis⌊⁊ om
nibus mendacibus⌊mendacio pernicioso. ⁊
per hec uicia intelliguntur omnia alia vi/
cia moralia⌊pars illorum⌋ id est retributio
⌊erit in stagno ardenti⌋id est in pena ge/
henne que dicitur mors secunda⌊Et venit⌋
Hic consequenter describitur status post
iudicium magis in speciali. Sciendum ta/
men q̄ aliqui aliter exponunt de tempore
ante iudicium ⁊ etiam ante aduentum an/
tichristi quod nituntur ostendere ex hoc
q̄ dicitur infra xx. capitulo. qui nocet no/
ceat adhuc ⁊ qui in sordibus est sordescat
adhuc. ⁊ iustus iustificetur adhuc. Post iu/
dicium uero non erit tempus nec locus me
riti uel demeriti. Dicunt igitur q̄ per an/
gelum hic introductum intelligitur Inno/
centius papa tertius qui approbauit ordi/
nes fratrum minorum ⁊ predicatorum qui
dicuntur hic ciuitates hierusalem noue se/
cundum illud prouerbiorum. Frater qui adiu
uatur a fratre quasi ciuitas firma. Ambo
enim ordines ad idem opus sunt ordinati
scilicet ad predicationem euangelij. dicunt
igitur q̄ fundamentum hui⁹ ciuitatis sunt
beati Franciscus ⁊ Dominicus horum or/
dines fundatores. dicuntur tamen in nume
ro duodenario hec fundamenta quia sunt
duodecim apostolorum imitatores. Murus
vero regularis obseruanda per precepta ⁊
statuta. Porte uero religionum ingressus
qui ducuntur ad quatuor orbis partes. naz
ex omnibus mundi partibus aliqui ingre
diuntur istas religiones. Angeli vero ī por
tis existentes sunt ministri ⁊ prouinciales
priores qui per se uel alios recipiunt ad or
dines uenientes. ⁊ sic alia hic dicta adoptat
ad suum propositum prout post. Licet au
tem hec expositio saluari posset in aliquo
sensu mystico. non tamen in sensu litterali
sicut credo. primo quia dicitur hic q̄ ange
lus hic introductus docuit Johannem di/
cens ueni ⁊ ostendam tibi ⁊ cetera. qd' non
potest verificari de Innocentio papa cum
post Johannem fuerit ille per mille annos
⁊ amplius. Item quia infra dicitur de hac
ciuitate Et templuz non uidi in ea. dicti au
tem ordines ecclesias habent. Item q̄ sub/
ditur Et ciuitas non eget sole neq̄ luna.
⁊ postea Nec intrabit in eam aliquid co/
inquinatum abhominationez faciens ⁊ mē
dacium. dicti autem ordines indigent illu/
minatione solis ⁊ lune nec omnes intran/
tes sunt immaculati nec omnes bene intrā
tes pseuerant in bono. sed multi fiunt apo
state et pessimi. Unde dicit Augustinus. si
cut non inueni meliores his qui in mona/
sterijs profecerunt ita non inueni deterio
res his qui in monasterijs defecerunt. pro/
pter que ⁊ plura alia que possunt induci cō
tra expositionem predictam inquantum di
cunt eam litteralez esse uidetur mihi q̄ ci
uitas hic descripta est hierusalem superna
Unde post premissa uerba de ingressu ci/
uitatis subditur nisi qui scripti sunt in li/
bro uite ⁊ agni hi sunt p̄destinati qui etiā
hierusalem supernam ingrediuntur ⁊ nul
li alij. ⁊ ideo sicut iam premisi describitur
hic status ecclesie triumphantis magis in
speciali. ⁊ p̄mo quo ad sitū sublimem p̄mit
tit̄ psona alloquēs beatū Johannē cū dici
tur⌊Et uenit unus de septē angelis ⁊c.⌋p
hūc enī intelligit̄ beatus Jacobus q̄ supra
xvij. ca. dictus est unus de septem angelis
habentibus phialas et precessit beatum

Johannem in gloria propter quod ex dei
voluntate potuit ei reuelare secreta celestia
[Ueni ⁊ ostendam tibi sponsam] id est hie
rusalem supernam ut dictum est in princi/
pio capituli que dicit' vxor agni modo spe/
ciali quia coniugit' ei inseparabiliter ⁊ eter
naliter. non sic autem ecclesia militans que
cessabit in fine mundi sicut imperfectuz ; ve
niente perfecto et figura figurata adueniē
te. sicut enim lex uetus imperfecta fuit ⁊ fi
gura respectu noue legis sic ecclesia mili/
tans respectu triūphantis cuius status om
nino perfectus erit in resurrectione gene/
rali. Extunc eniz electi separabuntur a re
probis et erunt in anima ⁊ corpore perfe/
cte beati. resurgent eniz in corporibus glo
riosis per anime gloriam ad corpora redū
dantem [Et sustulit me in spiritu] hoc dicit
ad ostendendum q̄ non vidit tunc gloriaz
electorum prout erit in se sed in aliquo eaz
representantem scilicet in ciuitate que in/
fra describitur quam vidit imaginaria vi/
sione. ⁊ cuius significationem intellexit ali
ter non fuisset visio prophetica sicut decla/
ratum fuit diffusius in principio libri psal/
mioꝝ et in principio libri dan̄. [In montem
magnum ⁊ altum] per quem designatur ce
lum empireum quod secūdū sanctos et do/
ctores est locus beatorum. ⁊ in corporalibus
habet situm supremum [Et ostendit mihi]
Hic cosequenter describitur quantum ad
pulchrum aspectum [Cum dicitur ciuitatez
sanctam hierusalem] scilicet supernam [de/
scendentem de celo] nam anime beate descē
dent ad resnmendum corpora ⁊ cōmunican
dū eis gloriā ut dictū est supra in p̄ncipio
ca. et etiaz ibi Incipiet status perfett⁹ ⁊c̄. de
scribitur superna hierusalem quantum ad
ciuitatis beatitudinez electoꝝ. potest etiam
aliter exponi. quia beatitudo celestis non
potest ab electis haberi nisi prius quodam
modo ad eos descendat in presenti. Nam
donum gratie per quod efficiuntur digni
vita beata est quedam inchoatio ⁊ partici/
patio glorie. propter quod in oratione do/
minica secūda petitio ponitur Adueniat re
gnum tuum. id est ad nos veniat. quia non
possumus uenire ad ipsuz nisi prius ad nos
veniat modo dicto [habentem claritatem
dei] nam claritas beatorum quantū ad glo
riam anime ⁊ etiam corporis est quedā par
ticipatio diuine claritatis per quam beati si
bi conformantur prima Joannis. iij. Scimus
quoniam cum apparuerit similes ei erimus
[⁊ lumen eius simile lapidi precioso] id est
christo qui dicitur lapis preciosus. prima pe
tri secundo. Ecce ponaz in sion lapidem sū
mum angularez electuz preciosum. In bea/
titudine namq̄ celesti per gloriam corpo/
ris ⁊ anime conformabuntur homini chri/
sto sicut mēbra capiti [tanq̄ lapidi iaspidis
sicut christalluz] nominatiui casus est ⁊ neu
tri generis secunduz acceptionez antiquoꝝ
Comparatur autez christus iaspidi. tuz pro
pter pluralitatez celoruz et in christo sunt
tres nature scilicet diuina ⁊ anima intelle/
ctiua et corpus. tuz quia iaspis confortat vi
suz et beati delectantur in visione christi.
Nam aspectu sue diuinitatis reficiuntur in
terius ⁊ aspectu sue humanitatis exterius
secundum q̄ dicit augustinus exponens il
lud Johānis decimo. Ingredietur ⁊ egredie
tur ⁊ pascua inueniet [sicut cristallum] quod
ualet contra sitiz ⁊ ardorez cupiditatis eo
q̄ tenuit viaz pauptatis [Et habebat] Hic
consequitur edificium. ⁊ primo in generali
secundo magis in speciali ibi Et qui loque
batur mecum. Circa primum dicitur [⁊ ha/
bebat murum magnuz et altuz] id est spis
sum ⁊ altuz per quez designatur securitas
diuine protectionis que maxime relucet in
statu superne beatitudinis quaz nullus ha
bens potest amittere [Et habentez portas
duodeciz] que sunt obseruationes mandato
ruz per quas habetur ingressus ad beati
tudinis statuz. Mathei. xix. Si vis ad vi/
taz ingredi serua mandata ⁊ ideo sunt. xii
Nam obseruatio decez preceptoruz decalo
gi cuz duobus preceptis charitatis facit ad
vitaz ingredi [Et in portis angelos. xij.]
naz electorum anime deferuntur ad celum
per ministeriuz angeloruz. Luce. xvi Factū
est autez vt moreretur mendicus et porta/
tetur ab angelis in sinuz abrahe [⁊ nomina
scripta que sunt nomina duodeciz [tribuuz
filioruz israhel] id est omniuz fideliuz qui
indifferenter admittuntur ad regnuz sine
acceptione personarum [Ab oriente porte
tres et cetera] naz ex omnibus orbis par/
tibus colliguntur electi intrantes ianuas
paradisi. Dicuntur etiā porte tres ad quā
libet orbis partez principalez. Naz in fide

trinitatis recipiuntur electi ad gloriā celestē. [Et murus ciuitatis habens fundamenta xij.] id est .xij. articulos fidei. Nam secundum [ꝙ dicit apostolus hebr. xi. Fides ē substantia sperandarum rerum id est bonorum celestium que sunt res sperande. Et in hac diffinitione fidei accipitur substantia pro ī choatione sine fundamento eo ꝙ fundamētum est inchoatio domus. per fidem uero formatam inchoatur beatitudo celestis ī nobis sicut plenius fuit dictum heb. xij. [Et ī ipsis .xij. nomina .xij. apostolorum ⁊ agni] id ē christi. Nā .xij. articuli fidei sunt de christo sex pertinentes ad eius diuinitatem et sex ad eius humanitatē. ⁊ hoc secūdū communiorem distinctionem articulorum quāuis aliqui distinguant .xiiij. articulos fidei septē de diuinitate ⁊ septem de humanitate. dicuntur autem nomina apostolorum in ipis fundamentis scripta quia primo publicauerunt fidē christi predicando ⁊ pro ipa moriendo [Et qui loquebatur] Hic consequēter describitur edificium ciuitatis celestis magis in speciali. ⁊ primo proponit intentum dicens [qui loquebatur mecum] scilicet angelus [habebat mensuram arundineam auream] id similem arundini in figura quia nō posset esse aurea ⁊ cum hoc arundo uera. [vt metiretur ciuitatem] quantum ad spacium intra muros contentū [⁊ portas ⁊ murum] quantum ad eius latitudinem. nā habita mensura spacij intra murum contenti habetur mensura muri. nam interior pars muri ⁊ dictum spacium contiguantur [⁊ ciuitas in quadro] equilatero [posita est] id est disposita. quod patet ex eo ꝙ subditur [Et longitudo est tanta quanta est ⁊ latitudo] quod non posset esse nisi quadrum esset equilaterum. per hoc autem intelligitur quadratura quattuor virtutum cardinalium que manet ibi prima secundum doctores catholicos. tam secundum alios actus quam in uia. Nam actus prudentie est ibi nullum bonum deo preponere uel equare. Fortitudinis autem deo firmissime inherere. temperantie vero nullo defectu noxio delectari. iusticie deo subditum esse [Et mensus ē] Hic exequitur propositum. ⁊ primo quantū ad ciuitatis spacium. secundo quantum ad murum. ibi Et mensus est muros. tertio quantum ad fundamenta. ibi Fundamenta quarto quantum ad portas. ibi Et duodecim porte. Circa primum dicitur [⁊ mensus est ciuitatē] id est spaciū ciuitatis [per stadia duodecim milia] non potest intelligi ꝙ ista duodecim milia stadia continent totum spacium ciuitatis ⁊ precise. Nam illud spacium oportet esse quadrum equilaterum ut dictum est. duodecim autem non est numerus quadratus. dicititur autem quadratus numerus qui resultat ex ductu vnius numeri in seipsum semel sicut ex ductu binarij in seipsum resultat quaternarius. Nā bis duo sunt quattuor. ter tria nouem quater quattuor sedecim. ⁊ sic consequenter per quod patet ꝙ inter nouem ⁊ sedecim non est aliquis numerus quadratus. Et ideo si spacium ciuitatis esset duodecim milia stadiorum precise non posset esse quadrum equilaterum. propter quod dicendum ꝙ ista duodecim milia stadia mensurant vnum latus huius quadri ⁊ per consequens totum spacium continet duodecies duodecim milia stadia que sunt ī uniuerso .cxliiij. milia stadia ⁊ est numerus quadratus resultās ex ductu duodenarij in seipsum. Hic autem numerus continet nonies sedecim. cum ergo octo stadia faciant miliare vnum ⁊ duo miliaria leucam vnam sequitur ꝙ predictum spacium ciuitatis continet .xviij. milia miliariorum ⁊ nouem milia leucarum ⁊ quodlibet latus muri duodecim milia stadia ⁊ totius eius ambitus .xlviij. milia stadia. quia murus ponitur quadratus equilaterus. nec tamen computatur hic spissitudo muri sed tantum superficies interior ut patet ex dictis. Hec autem signant magnitudinem loci beatorum secundum ꝙ dicit baruth .iij. O israel quam magna est domus dei ⁊ vigens locus possessionis eius ⁊c. tamen celum empireum quod est locus beatorum est quasi incōparabiliter maius quam ciuitas hic descripta. Nam in hoc libro maiora per minora frequenter significantur. sicut supra capitulo quarto per vigintiquattuor seniores intelligitur uniuersitas episcoporum que multo maior est ut dictum fuit ibidem [Longitudo ⁊ altitudo ⁊ latitudo eius] .s. spacij [equalia sunt] De longitudine ⁊ latitudine iam patet ex dictis. nam spacium quadrum ⁊ equilaterum. de altitudine uero quantum ad murum non fit hic mentio. Sed postea de altitudine spacij quod accipitur secundum altitudinē montis in quo

describit hec ciuitas sita secundū ꝙ dicit supra eodē capitulo. ⁊ sustulit me in spiri/tu in montē magnū ⁊ altum ⁊ ostendit mi hi ciuitatem sanctā ⁊c. ⁊ secundū hoc altitu do montis huius est. xij. milium stadiorum sicut longitudo spacij. ⁊ eius latitudo ut p̄ dictum est ⌊Et mensus est⌋ Hic consequent agit de mensura muroꝝ cum dicit ⌊⁊ men sus est muros eius⌋ ⁊ licet esset unus mu/rus tamē dicit muros in plurali propt qua tuor eius latera spacium predictū includen tia ⌊. cxliiij. cubitorum mensura hominis⌋ .i. accipiendo cubitum humanū qui continet pedem ⁊ dimidium secundū unam acceptio nē scilicet a cubito brachij usq; ad manum secundū aliam uero duos pedes. s. a cubi/to brachij usq; ad summitatem digitorum Ex quo patet ꝙ non accipit hic mensura longitudinis muri secundum suum ambitū nec etiam secundū latus unū. nā murus ha bens quattuor latera ⁊ quodlibet longitu dinis. cxliiij. cubitoꝝ. nō possz claudere spa cium p̄dictū nec etiam duodecimam eius p tem nec etiā minimā. s. vnū stadiū quadra tum. nā vnum solū stadium cōtinet . cxxv. passus. ⁊ quilibet passus quinq; pedes. ⁊ p cōsequēs unum stadiū quadratuz. cccxij. cu bitos ⁊ dimidium quadratos secundū maio rem acceptionez humani cubiti. ut patz ex predictis. ⁊ ideo dicendū ꝙ hic accipit men/sura muri secundū eius altitudinē que est multo minor q̄z eius longitudo cuius men sura accipit secunduz mensurā spacij cuius quodlibet latus est longitudinis. xij. milia stadioꝝ. ⁊ per cōsequēs quodlibet lat⁹ mu ri quoniam cōtiguat spatio in parte inte/riori ut supra dictum est. propter quod hic tacet mensura longitudinis muri q2 suffici enter habetur per mensuram supra dictam spacij contēti. dictuz est autez supra ꝙ per murum intelligitur securitas beatitudinis propter quod eius altitudo dicit. cxliiij. cu bitoꝝ qui est numerus quadratus ut dictū est supra. ⁊ signant stabilitatem beatitudi/nis sicut corpus quadratū firmiter stat in quolibet latere. propt quod etiā uirtuosus comparat quadrato. primo ethic. ⌊Mēsura hominis que est angeli⌋ per hoc designat ꝙ homines electi ad equalitatē angelorum assumuntur. Math. xxij. erūt sicut angeli dei i celo ⌊⁊ erat structura muri eius ex la pide iaspide⌋ sicut supra dictum est per mu

ruz intelligit securitas beatitudinis. per ia spidem uero ip̄e christus propter quod mu rus dicitur de lapide iaspide. Nā ip̄e chri stus est securitas beatoꝝ a quo nō possunt diuertere nec auelli ⌊Ipsa uero ciuitas auꝝ mundum⌋ Ciuitas autem est ciuiū vnitas ⁊ ideo per ipsam intelligit societas beatoꝝ per auꝝ uero qd ceteris metallis ē precio sius intelligit charitas que pre ceteris dei donis ē donū excellētius. ideo dicitur ⌊Ipsa vero ciuitas aurum mundum⌋ Nam socie/tas supernoꝝ ciuiū vnit feruentissima cha ritate secundū ꝙ d' in prosa Superne ma/tris gaudia ⁊ cetera. que ab aliquibus dici tur eē beati gregorij. ab alijs hugonis de sancto uictore. ī qua subdit. Nec languor hic nec senium nec fraus nec terror hostiū sed vna uox letantium ⁊ unus ardor cordi um ⌊Simile uitro mūdo⌋ id est paruum si/cut uitrum ꝙ recipit lumen non solum ex terius sed etiam interius. per quod signat ꝙ societas beatorum in resurrectione pe/netrata erit lumine glorie interius ⁊ exte/rius per gloriaz corporis ⁊ anime ⌊Et fun damēta⌋ Hic ꝯñter describit ciuitas supna q̄ztuz ad ornamentū fūdamētoꝝ cū d' ⌊⁊ fū damenta muri ciuitatis omni lapide precio so ornata⌋ ex quo patet ꝙ non accipit hic fundamentum pro similitudine illius quod in edificijs abscōditur sub terra. nā ibi or namentum non habet locum. sed accipit ad similitudinem partis interioris edificij que tamen apparet sup terrā ⌊⁊ fundamentum primum iaspis⌋ dictū est supra ꝙ. xij. artitu li fidei intelliguntur per ista fundamenta. Inter sex articulos pertinētes ad christi di uinitatem primus est de unitate dei qui est principium credentibus tollendi errores va rios gētilium plures deos ponentiuz. Ideo per iaspidez designatur qui oculos purgat visum acuit ⁊ confortat. ut dicit libro de p prietatibus rerū. ⁊ ibidem ponunt proprie/tates sequentium lapidum secundum ꝙ in/ferius assignantur ⌊Secundum saphirus⌋ se cundus articulus est de trinitate persona rum cuius fides augmentat corpus ecclesie mysticū quod prius erat in una gente mo dica iudeorum. sed modo per fidem trinita tis predicatā se extendit ad multitudinem gentilium conuersoꝝ ideo signat per sa/phirū qui corpus humanum uegetat ⁊ inte gra mēbra conseruat ⌊Tertiū calcedonius⌋

Tertius autem articulꝰ eſt de opere crea/
tionis qđ ſoli deo ꝯuenit. ⁊ ualꝫ fides huiꝰ
articuli contra demonum illuſiones ut nõ
adorent̃ ſicut creatores. ideo ſignat̃ ꝑ cal/
cedoniuꝫ qui ualet contra illuſiones demo
nũ ⁊ uirtutes cõſeruat ⌊quartũ ſmaragdꝰ⌋
Quartus autẽ articulꝰ eſt de opere ſancti
ficationis per gratiã que curat caſũ pecca
ti mortalis ⁊ dat uerba perſuaſiua in ora/
tione deuota. ideo ſignificat̃ per ſmaragdũ
qui ualet contra morbum caducũ ⁊ in cau/
ſis dat uerbũ perſuaſiuũ ⌊quintũ ſardonix⌋
quintus auteꝫ articulus eſt de opere reſur
rectionis corporum cuius fides humilẽ fa/
cit ⁊ pudicum cogitationẽ inferendo ꝙ cor
pus eſt corruptibile. ſed finaliter ad gloriaꝫ
reſuſcitandum debet teneri ⁊ humili geſtu
⁊ appatu ratione mortalitatis preſentis ⁊
munde ratione glorificationis future pro/
pter quod ſignificatur per ſardonicẽ q̃ fa
cit humilem ⁊ pudicũ ⌊ſextũ ſardius⌋ ſextꝰ
autẽ articulus eſt de opere glorificationis
cuius fides generat in animo gaudiũ ⁊ ex
pellit timorem. qr. cogitans glorificari non
timet pro chriſto mori ſed etiaꝫ aliquando
gaudet. Math. v. Cũ vos oderĩt homines
⁊ exprobrauerint ⁊ eiecerint nomẽ ueſtruꝫ
tanq̃ȝ malũ mentientes propter me. gaude
te ⁊ exultate quoniã merces ueſtra copioſa
eſt in celis. ideo ſignificat̃ per ſardium qui
gaudium accendit ⁊ expellit timorẽ ⌊ſepti/
mũ eſt chriſolitus⌋. primus articulus perti/
nẽs ad humanitatẽ chriſti eſt de conceptio
ne ⁊ natiuitate eius ex virgine cuiꝰ fides
cõfortat humanã naturã in cõceptione chri
ſti uerbo unitã. ⁊ ualet contra timores no
cturnos uicioꝝ eo ꝙ nato chriſto in noctis
medio dixit angelus paſtoribus nolite ti/
mere. Luc. ij. ⁊ ibidẽ ſubdit̃ gloria in altiſ
ſimis deo. ⁊ in terra pax hominibus bo/
ne uoluntatis. Ideo ſignat̃ per chriſolitum
qui confortat intellectũ ⁊ per conſequẽs na
turam humanã per intellectũ ab alijs ani/
malibus diſtinctã. primo meth. ⁊ expellit ti
mores nocturnos ⌊octauũ berillus⌋ Secun/
dus articulus eſt de paſſione chriſti morte
eius ⁊ ſepultura cuius fides inuictum red/
dit in tribulationibus mori. prima pe. quar
to. Chriſto in carne paſſo ⁊ vos in eadem
cogitatione armamini. ideo ſignatur ꝑ be
rillum qui contra lites inuictum reddit. ⁊
ſic miteꝫ facit ⁊ benignũ ⌊nonum topaſius⌋

Tertius articulus ad humanitateꝫ chriſti
pertinẽs eſt de deſcenſu anime eius ad in/
feros cuius fides ualet contra pericula a de
monibus inferenda quia per hunc deſcen/
ſum fuerunt ſpoliati ⁊ poteſtas eoꝝ dimi/
nuta. ideo ſignificatur per topaſiũ qui ualꝫ
contra iram. i. contra lunaticã paſſionem q̃
frequenter per demones iratos excitat̃ uel
augmentatur ⌊decimũ chriſopaſſus⌋ Quar
tus uero articulus ẽ de reſurrectione chri
ſti que eſt cauſa noſtre reſurrectionis futu
re propter quod fides eius ualet cõtra cor
ruptionem corporis ⁊ anime per peccatum
Nã omnis corruptio tollet̃ in reſurrectio/
ne chriſti. Ideo ſignat̃ per chriſopaſſum q̃
ualet contra lepraꝫ ⌊vndecimum iacinctus⌋
Quintus articulus eſt de aſcenſione chri/
ſti ad celos in humanitate aſſumpta cuius
fides dat uigorẽ fidelibus ut ipm̃ ſequant̃
tanq̃ȝ mẽbra eius. Col. tertio Que ſurſum
ſunt ſapite ⁊c̃. propter quod ſignificat̃ per
iacinctum qui dat membris vigorem ⁊ ſa/
lutiferũ faci ſaporẽ ⌊duodecimũ ametiſtus⌋
Sextus articulus ẽ de aduentu ad iudiciũ
in quo apparebit chriſtus in forma huma/
nitatis glorioſa cuius fides reddit hominẽ
ſolicitũ ⁊ uigileꝫ. ut in illo tremendo iudi
cio de factis dictis ⁊ cogitationibus ſuis
poſſet reddere rationem. ideo ſignat̃ per
ametiſtum qui facit vigilẽ. ⁊ expellit malã
cogitationem ⌊Et. xij. porte⌋ Hic conſequi
tur de ornamẽto portaꝝ cũ dicit̃ ⌊xij. mar
garite per ſingulas⌋ ſcilicet portas. licet au
tẽ margarita ſit nomẽ unius ſpeciei q̃ gal
lice uocat̃ pelle tamen hic ⁊ in pluribus lo
cis ſacre ſcripture accipit̃ generaliter pro
quolibet lapide precioſo quales ſũt lapides
iſtarum. xij. portaꝝ non exprimit̃ propter
quod probabiliter uidet̃ ꝙ ſint eiuſdeꝫ ſpe
ciei cũ. xij. predictis. ⁊ etiã eiuſdẽ ſignifica
tionis ⌊Et platee ciuitatis ⁊c̃.⌋ hoc iã expo
ſitum ẽ ſupra ⌊Et templũ⌋ Hic conſequent̃
deſcribit̃ ſuperna hieruſalẽ quantũ ad dei
cultũ. Ad cuius intellectũ ſciendũ ꝙ cultus
dei tempore ueteris teſtamẽti fuit figura/
lis reſpectu cultus qui obſeruat̃ tẽpore no
ui. prima corinth. x. omnia in figura conti
gebant illis. cultus uero teſtamenti noui ẽ
ſuo modo figuralis reſpectu cultus celeſtis.
Nã militans eccleſia repreſentat prout po
teſt celeſtia preconia. Unde dicitur in illa ꝓ
ſa Superne matris gaudia repñſentet eccle

sia. que quidem representatio fit in templo
materiali. ⁊ per corporalia obsequia. stat⁹
uero superne beatitudinis nō est figuralis
alicuius expectati uel non habiti. nam de⁹
clare uideť ibi ⁊ presentialiter habeť ⁊ ue
nerať. propter quod dicit beatus Johānes
[⁊ templū non uidi in ea] quia deus nō co
liť ibi per figuralia sed in sua presentia. iō
subdiť [dominus deus omnipotēs tēplum
illius est ⁊ agnus] nā beati reficiuntur in/
terius in aspectu diuinitatis. exterius ue/
ro in aspectu humanitatis christi. Et sic
utranqꝫ naturā colunt ⁊ adorant inquantū
humanitas ē diuinitati coniuncta [⁊ ciuitas
nō eget sole neqꝫ luna] .i. illustrarione cor
porali [Nā claritas dei ⁊c.] qr perfecte ele
cti illustrantur [⁊ ambulabunt gentes] id ē
electi [in lumine eius] nā omnia faciunt ex
illustratione dei [Et reges terre afferent
gloriā suā in illa] Rex diciť a regendo. om
nia uero corporalia ⁊ homines per angelos
sanctos administranť ⁊ reguntť. ppť quod
hic ⁊ i plurib⁹ aliјs sacre scpture locis ange
li reges terre dicunť. Ex electis uero q p
eoꝝ administrationē ad beatitudinē dedu
cūtur eoꝝ gloria augmentať. Et secunduz
hoc afferre gloriā suā in supernā hierusalē
hic dicunť [⁊ porte eius non claudunť per
diem] nā a tempore passionis christi p quā
aperte sunt ianue celi manent ⁊ manebunt
aperte. Nā ibi statim recipiunť anime pur
gate. diciť autē tempus a dicta passione di
es quia tunc sanctis patribus in limbo de/
tentis data fuit lux glorie propť quod chri
stus dixit latroni pendenti in cruce Hodie
mecū eris in paradiso. Luc. xxiiij. [nox enī
non erit illic] quasi diceret por. t. de cetero
non claudenť quia dictū est q non claudū
tur per diez [⁊ afferent angeli gloriā ⁊ ho
norē gentiū in illa] modo predicto [nec in/
trabit in eā aliquid coinquinatū] vicio car
nis [aut abhominationē faciens] .i. peccatū
contra naturā [⁊ mendaciū] .i. hypocrisim
que est mendacium in facto ⁊ ut excludať
omne aliud peccatum subdiť [nisi qui scri/
pti sunt in libro uite] .i. in diuina predesti
natione. ⁊ hic liber etiā diciť liber [agni] .i.
christi inquantum est unus deus cū patre.

T ostendit mihi fluuium aque
⁊c.] Hic ultimo describiť super
na hierusalem quantū ad resur
rectionem ciuiū. Et diuidiť in
duas partes. qr primo describiť hoc conui
uium. secundo cōuiuarum exerciciū. ibi Et
omne maledictū Circa primū sciendū q re
fectio beatoꝝ non intelligiť a nobis nisi p
similitudinē corporalium. ad refectionez au
tez corporis duo requirunť scilicet cibus ⁊
potus. Primo ergo describiť potus cum di
ciť [⁊ ostendit mihi fluuium aque uiue] per
quez intelligiť spiritussanctus. Unde dicit
saluator Joh. vij. Qui credit ī me sicut di
cit scriptura flumina fluent de uentre eius
aque uiue. qd exponens euangelista subdit
hoc autem dicit de spiritu quem accepturi
erant credentes in eum. Spiritus autē san
ctus cui appropriať bonitas ⁊ suauitas refi
cit beatos per modum dulcis potus ideo si
gnatur per fluuiū aque uiue. i. dantis glo/
riam uite [procedentem a sede dei patris ⁊
agni] nā spiritussanctus ex patre ⁊ filio p/
cedit [in medio platee eius] ad reficiendum
totū consortiū beatorū [Et ex utraqꝫ] Hic
consequenter describiť refectio celestis quā
tum ad cibū cū diciť [Ex utraqꝫ parte flu
minis] .i. hic ⁊ inde [lignū uite] id est chri/
stus qui secundū diuinitatez ē vbicunqꝫ si
cut ⁊ spiritussanctus cū vnum sint in essen/
tia [afferens fructus. xij.] qui etiā dicūtur
fructus spiritus. gal. v. nā indiuisa sunt ope
ra trinitatis. ⁊ per consequens filij ⁊ spiri
tussancti. Sciendū tamen q isti fructus ali
ter habenť in via per grām ⁊ aliť in pa/
tria per gloriam sicut dictū est de quatuor
virtutib⁹ cardinalibus ca. pcedēti sicut sūt
alij actus viatoris et comprehensoris. Pri/
mus ergo fructus ut gal. v. diciť est chari
tas que in patria est in deum visum totali
ter per amorem transformari. Secundus ē
gaudium qui est in deo uiso delectari. Ter
tius ē pax. i. in ipo totaliť quietari. Quar
tus est patientia qui in via est in aduersa/
rijs non frangi. in patria uero ubi nulla ē
aduersitas est in deo firmiť stabiliri. Qui
tus est benignitas. i. bona igneitas qui est
in beatis ad amorē pximi inflāmari quā
tum ad effectū. unde in eis est unus ardor
cordium ut diciť in illa prosa. Superne ma
tris gaudia et cetera. Sextus est bonitas
id est diffusio proprij boni ad proximū se/
cundum effectum. naz bonum est sui diffu
siuū. bonū autē unius beati redundat in al
terum. Nam vnus gaudet de alterius bo/
no sicut de suo pprio. Septim⁹ ē lōganimi

tas que est equanimis expectatio boni fu
turi. anime vero beatoꝝ equanimiter ex/
pectant gloriā corporis. Octauus est man/
suetudo que est in via ire moderatio. sed ī
patria non habet locū ira quantū ad suū
materiale quod est ascensio sanguis circa
cor. sed quantum ad suū formale quod est
appetitus uindicte habet ibi locū qꝛ beati
vindictam appetunt obstinatoꝝ peccatoꝝ
secundum illud psal. vij. Letabit᷑ iustus cū
uiderit vindictā. manus suas lauabit in sā
guine peccatoris. ⁊ quoniā appetitus iste
moderatus est in beatis secundū regulā di
uine iusticie. ideo secundū hoc est ibi man/
suetudo. Nonus est fides que sic accipiat᷑
ut ē uirtus thelogica nō ut est in patria cū
sit de non apparentibus. heb. xi. Sed ei in
patria succedit visio clara. si autē accipiat᷑
fides pro fidelitate sic ē in beatis maxime.
Decimus ē modestia qui excellent᷑ est ī pa
tria. Nā uires inferiores anime sunt omni
no superioribus subiecte. Undecimns ē cō
tinentia. est autē continens qui concupiscē
tias inordinatas patitur. sed ab eis non de
ducitur contra passiones fortiter se tenens
huiusmodi vero concupiscentie non sunt in
patria. propter quod non est ibi continētia
quantum ad concupiscentias pati. tamen ē
ibi quantum ad non deduci. nam beati non
possunt in aliquod malū flecti. Duodecimꝰ
ē castitas q̄ prout importat mundiciā ē in
patria. nā in ea nō intrat aliquod coinqna
tū ut dictū ē supra ⌊p menses singulos red
dens factū suum⌋ mensis apud heb. incipit
a prima lunatione. propter qd᷑ nouitatē de
signat. p singulos intelligit᷑ cōtinuatio. et
sic per mēses singulos intelligit᷑ eternitas
huius fructus qꝛ semp manet in sua noui/
tate ⁊ sua duratione. ⁊ hoc modo dicit᷑ esa.
ultimo. ⁊ erit mensis ex mēse ⁊ sabbatum
ex sabbato ⁊c. ⌊Et folia ligni ad sanitatē
gentiū⌋ p folia intelligunt᷑ uerba etiā secū/
dum cōmunē modū loquendi. ergo folia li
gni sūt uerba christi in euāgelio contenta
q̄ sunt ad sanitatē gentiū. nā p predicatio
nē euāgelij gentes p orbē cōuerse sunt ad
christū ⌊Et omne⌋ Hic cōsequēter describi
tur cōuiuarū exercitiū. Circa qͦ sciendū qͦ
in cōuiuijs carnalibus solēt homines rela/
xare linguas suas ad blasphemias ⁊ cōui
cia. propter qd᷑ diues epulo positꝰ in feno
magis cruciabat᷑ ī lingua. Luc. xvi. hoc au
tē remouet᷑ a cōuiuio celesti cū dicit᷑ ⌊⁊ om
ne maledictū nō erit in ea ampliꝰ⌋ sed gra
tiaꝝ actio ⁊ uox laudis ⌊⁊ sedes dei ⁊ agni
in illa erūt⌋ nā ibi maxime relucet eoꝝ ma
iestas ⌊⁊ serui eiꝰ⌋ scilicet angeli sancti ⁊ be
ati ⌊seruiēt illi⌋ exequēdo quicqd placitū ē
ei ⌊⁊ uidebunt faciē eius⌋ clare ⁊ aperte ⌊et
nomē eius in frontibus eorū⌋. i. manifeste
patebit omnibꝰ qͦ sint serui eius ⌊Et nox
ultra nō erit ⁊c.⌋ hoc expositū ē supra. hic
tamē repetit᷑ ad maiorē assertionē. Et qꝛ
seruire deo ē regnare. iō sequit᷑ ⌊⁊ regna/
būt in secula seculoꝝ⌋. i. eternaliter a parte
post ⌊Et dixit mihi⌋ Hec ē ultima ps prin
cipalis huius libri q̄ ponit᷑ in fine p modū
epilogi in quo primo ponit᷑ huius libri cō
mendatio. secūdo prescriptoꝝ breuis recita
tio. ibi Qui nocet. tertio dictoꝝ confirma/
tio. ibi Contestor enī. Circa primū dicit᷑ ⌊⁊
dixit mihi⌋ angelus ⌊hec uerba a te⌋ scripta
⌊fidelissima ⁊ uera sunt⌋ nā a prima uerita
te pcesserūt. ideo subdit᷑ ⌊⁊ dominus deꝰ spi
rituū pphetarū⌋ lꝫ unus spiritussanctus tā
gat mentes omniū pphetaꝝ tū effectus eiꝰ
sunt multi ⁊ uarij in mentibus ipsoꝝ ⌊ostē
dere seruis⌋ per Johānē ⌊que oportet fieri
cito⌋ quia sunt p̄ordinata a deo cuius ordi/
natio nō pōt frustrari. ideo subdit᷑ ⌊⁊ ecce
uenio uelociter⌋ ad ipam implēdā ⁊ sic ap/
paret huius libri ueritas. secundo tāgit᷑ eiꝰ
vtilitas cū dicit᷑ ⌊beatus q custodit⌋ tertio
eius auctoritas ex parte scriptoris cū dici
tur ⌊⁊ ego Johannes ⁊c.⌋ q adhuc uiuens ī
terris fuit maior homine par angelis. pro
pter quod angelus renuit accipere reue/
rentiā quā sibi uoluerit exhibere cum dici
tur ⌊⁊ postq̄ʒ audissē ⁊c.⌋ ⁊ pꝫ lr̄a. Quarto
tangit᷑ huius libri aliqualis intelligibilitas
cū dicit᷑ ⌊⁊ dixit mihi ne signaueris ⁊c.⌋
i. nō occultes omnino intellectū uerboꝝ. p
pter quod in pluribꝰ locis ponunt᷑ aliqua
satis plane ex quibus aperit᷑ uia studiosis
ad alia intelligēda aliqualiter saltē in mul
tis sicut superius declaraui in locis suis ⌊tē
pus enī ppe est⌋ impletionis scriptoꝝ ⌊Qui
nocet⌋ Hic interponit᷑ breuis recitatio pre
scriptoꝝ. Nā superius actū est de distincti
one electoꝝ ⁊ reproboꝝ ⁊ quātū ad hoc di
cit᷑ ⌊qui nocet⌋ peccādo ꝯtra pximū ⌊noceat
adhuc⌋. i. nocebit ita qͦ ponit᷑ optatiuū pro
indicatiuo. ⁊ loquit᷑ de reprobis prescitis q
moriunt᷑ in peccato mortali ⌊⁊ qui ī sordibꝰ

